HYMNO-RVM RECOGNI-TIO PER ANTONIVM NEBRISSEN. CVM AV-REA ILLORVM EXPO-SITIONE.

*

IMPERIALI

Cum priuilegio.

1549.

RECOGNITIO.

Aelij Antonij Nebriſſenſis Grammatici recognitio Hymnorum ad Salmanticenſis Academiæ Senatum ſapientiſſimum, Fœliciter.

SI veſtris in me beneficijs P. C. quæ fuerunt mihi ipſa varietate meorum tẽporum vel in proſperis rebus meis iucunda, vel grata in aduerſis, par ac mutua voluntas reddere tur, nullũ eſſet opus ab ingenio meo profe ctum, quod non veſtro potiſsimùm nomi ne in vulgus exiret. Sed me huius rei cupidum prohibuit partim meus pudor, qui nihil adhuc videbar elaboraſſe, quod eſſet dignum ornatiſsimo iſto ordine: partim quòd intelligebam ſtudia mea pleriſque veſtrûm fore ingrata, nõnullis etiam ſuſpecta & inuiſa. Itâque continui meipſum, nè qua in re dũ vellem obſeruantiam & pietatẽ meam erga vos declarare, moleſtus atque odioſus eſſem. Nunc verò cùm eſſet mihi in animo dare operam, quemadmodùm nõnulli codices ex ſacris & Eccleſiaſticis literis deprõpti quàm emendatiſsimi imprimantur, quos auditoribus meis legendos proponerem, auſpicatuſque eſſem ab Hymnorum volumine, quod erat tum mendis, tum carminum confuſione deprauatũ, viſum eſt hunc laborẽ meum ſplendidiſsimo nomini veſtro dedicare. Non quòd me exiſtimem ex alieno opere ſola præfatione aliquam bonam gratiam à vobis aucupari, ſed vt cenſurę atque iudicio veſtro ſubijcerem hanc emendationem meam, in quam ſum auſus nonnulla errata, quæ per omnes libros paſsim reperiuntur, ad lineam veritatis reducere. Quòd ſi intellexero ſapientiæ veſtræ ſingulari hos labores meos eſſe non iniucundos, neq; à me fruſtrà ſuceptos, aggrediar deinceps aliud opus, quod ſit & ingenij mei virib9, & autoritate veſtra magis dignũ. Sed cuiuſmodi ſint errores, quos in hoc volumine deprehenderim, beui demonſtrabo. Eſt in principio operis mendum, quod libri omnes vno conſenſu arripuêre: & quod nemo eſt (ſi modò purgatam habeat aurem) qui non fateatur eſſe vitium manife-

ſtarium

ſtarium in loco illo. Nos morte victa liberet, pro quo ego iu rarem ab autore carminis fuiſſe ſcriptum, liberat: cùm ordo ipſe & contextus orationis hoc deſideret. Nam hortatur nos, vt torpore ſomni excuſſo, ad orationem Dominico die ſurgamus, quo & mundus eſt conditus, & Chriſtus reſurgens, nos morte victa liberauit. Nam liberat, hoc loco eo modo poſitũ eſt, pro liberauit, quo in .iij. Vergilij poſitũ eſt: Omnis humo fumat Neptunia Troia. quod Seruius exponit pro fumauit. Neque enim putamus aut optamus, vt liberet nos morte victa, cùm verborũ ſeries ſit inconſequens, ſed adduximus cauſam cur nobis tali die ſurgendum ſit, hoc eſt, quòd Chriſtus reſurgens morte victa nos liberauit: quod & alio loco Eccleſia canit, Qui mortem noſtram moriẽdo deſtruxit, & vitam reſurgendo reparauit. Prima nanque hymni pars narratiua eſt, ſecunda verò deprecatiua, cùm ſubditur, iam nunc paterna claritas. In eodem præterea hymno, & in alijs emendauimus pro paraclyto penultima breui, paracléto, penultima lõga, & in eadem accentu acuto.

In ſequenti hymno, Ieſu labentes reſpice, pro labentes labantes repoſuimus ex ratione carminis, quæ in ſecundo verſu habet Iambum: quare non labentes cùm primam labor laberis producat: ſed labãtes à labo labas, quod primam breuiat. Quod & Mãmotrectus adnotauit.

Quod verò ſequitur, Si reſpicis lapſos cadunt, contrarium dicit ei, quod petimus, quare legendum potiùs, ſi reſpicis lapſus cadunt, id eſt ceſſant, & tolluntur. ſunt autem lapſus, loca lubrica, ad cadendum obnoxia: Verg. ij. Aeneid. Pedibusq; rotarum ſubijciunt lapſus.

Eſt præterea in quarto hymno ſcriptũ: Pellat lãguorẽ, pro quo debere ſcribi angorẽ ex ratione carminis facilè apparet. Nã quẽadmodũ in apparatu diximus, Carmẽ eſt Sapphicũ: qd' cõſtat Trocheo, Spõdeo, Dactylo & duob⁹ Trocheis. Ex quo fit vt quãquã ſenſus indifferẽter angorẽ & lãguorẽ poſsit accipere, ratio tamẽ carminis nullo modo languorem admittat. Quòd ſi dixerit quiſpiã rectiùs ſaluti (quã tribui petim⁹) languorẽ, quàm angorem opponi: Poſſem ego reſpondêre poëtam citiùs fuiſſe tranſgreſſurum leges elegantiæ, quàm carminis: ſed potiùs illud placet, angorem rectè poſitum eſſe hoc lo

co:cùm non multum distet à lãguore: cùm sit angor(quẽadmodùm Cicero definiuit Tusculanarũ quæstionũ lib. quarto) Aegritudo premens, languor verò ægritudo crucians.

In hymno, Somno refectis artub⁹ lucis labescat munere, lege tu labascat pro labescat, quia (vt in superioribus diximus) labor laberis, à quo est labesco labescis, primam producit, labo labas, à quo est labasco. is. primam breuiat, quod hoc in loco desideratur: quia Iambus est necessarius in secundo loco.

In hymno, Splẽdor paternæ gloriæ. Casus fœcundet asperos: lege tu, casus secũdet asperos, id est secũdos & prosperos faciat: non fœcundos, id est fertiles & copiosos, quod esset cõtrariũ ei, quod petimus. quum præsertim syllaba repugnet, quæ in secundo loco debet constituere Iambum.

In hymno, Telluris ingens cõditor, propulsis atq; molestis. Ex eadem ratione emẽdauimus pulsis aquæ molestijs, vt stet versus, habeatq; in secunda sede Iambum. Nã moles aquæ prohibet terram esse stabilem.

In hymno, Nox & tenebrę & nubila rebusq; iam color redit, sic legendum est, non calor, vt pleriq; omnes codices habent ex lectione originali ipsius Prudentij & ratione contextus: quia luce adueniente omnia recipiunt suum colorem, qui per noctis tenebras vidêri nõ poterat, dicẽte Vergilio: Et rebus nox abstulit atra colorem.

Nox atra rerum contegit terræ colores: sic est legendum, non calores, vt statim diximus, in plerisq; codicibus legi: non repugnante ratione carminis, sed sensu & mente autoris.

In hymno, Vox ecce clara intonat, ab ęthere Christ⁹ promicat. lege æthra, vt stet ratio carminis, quæ nõ recipit Anapestũ in tertio loco: cũ præsertim idem propè significat ęthra ꝙ ęther.

In hymno, O gloriosa domina, legẽdum fœmina non domina, tum è lectione antiqua, tum ex ratione carminis, quod habere debet in tertio loco Iambum, aut Spondæum, non Pyrrhichium. Et in eodem, pro lactasti sacro vbere, lege, tu lactas sacro vbere, ex eadem ratione carminis.

In hymno, Lustra sex, qui iam peracta, Agn⁹ in cruce leuat̃, lege Agnus in crucis leuatur immolãdus stipite. Vt sit ordo, agn⁹ leuatur immolandus in stipite crucis, & stet versus, qui aliâs claudicaret: q debet habêre trochæũ necessariò in tertia sede.

In

In hymno, Sanctorum meritis. Calcarunt omnia. Legēdum est calcarunt hominum: quoniā aliâs nō staret versus, qui debet habere Dactylum in secūdo loco, Ex veteri librorū lectione.

In hymno, Rex gloriose martyrum. Qui respuentes terrena. castiga tu terrea: quia debet esse Iambus in quarta sede, neque potest recipere longam in penultima syllaba.

In hymno, Iste confessor. Hodie lætus, legendum hoc die lætus. Vt sit Trochęus in primo loco, & non Pyrrhichius, si hodie legatur. qui (vt diximus) non recipit Spondæum, vel Trochæum in quarto loco.

In hymno, Iēsu corona virginum. Quem mater illa cōcepit. Legendum concipit, vt sit præsens pro præterito, & stet versus.

In hymno, Virginis proles, Legit secreta scādere cęli, pro eo qd' esse debuit sacrata scādere cœli. Nam cū secreta primā producat, esset Spondæus in quarto loco, cū debeat esse Trochæ9.

Quid sit Hymnus, & vnde Carmen dicatur.

¶ Hymnus interpretatur canticum, siue laus diuina: ab hymneo: quod Græcè est propriè Deos laudare: vnde Hymniferi dicuntur hymnos portantes.

¶ Carmen, à canendo dici volunt: quod metris scriptum est: quasi Canimen. Carmen dicitur vnum, vel duo, vel plures versus. Tota Aeneis carmen Heroicum appellatur, & carmen Bucolicum dicimus.

¶ Carmen potiùs à carminando: hoc est deducendo lanam siue linum dicitur. Deducere nanque lanam, siue linum, & huiusmodi: est nendo, aut carpendo extennuare. Iuuena. Qui solet obliquo lanam deducere ferro. Columella per ꝑ trāslationē de carmine dixit, Pierides tenui deducite carmina filo. & Ouidi. Ad mea perpetuum deducite tempora carmen. Vergil. in Bucolic. deductum ducere carmen: quod Seruius exponit, id est tenue. vt sit translatio à lana: quæ ducitur in tenuitatem: vnde & carmen à carpendo siue carminando dictum est. Ouid. 1. de Ponto: Vt tamen ipse vides ductor deducere versum. Macro. lib. vj. Vergilius (inquit) deductum carmen pro tenui & subtili posuit eleganter. Pomp. in Attellana: Vocem deducas oportet, vt mulieris videantur verba. Afranius, Pauculis verbis respondit tristi voce deducta. Carmen cacometrum, dicitur à Grammaticis malè mensuratum: quod in syllabarum quantitate peccat.

¶ Carmen quandoque dicitur incantatio, vt illud, Carmina de cœlo possunt deducere lunam.

¶ Carmen famosum dicitur libellus infamatorius. ff. de testam̄. l. Is. Si quis (inquit) ob carmen famosum damnatur, Horat. ij. sermo. In quem condiderit si quis mala carmina, ius est.

Sequitur Prologus Hymnorum.

HYmnus dicitur laus Dei cum cantico. Quatuor fuerunt principales autores, qui hymnos cõposuerunt, scilicet Gregorius, Prudentius, Ambrosius, & Sedulius. Sed quidã vir prudens nomine Hilarius, videns illos multos hymnos composuisse, dignum duxit quosdam in vnum colligere: & compendiosè componere breuem & vtilem tractatum: in quo omnes hymni vtiliores maximè essent. Prima intentio fuit describere illos, qui cantantur in prima feria, & sic deinceps secundùm ordinem. Vtilitas maxima est: vt perlecto libro cognitionem habeamus vnitatis & Trinitatis. Supponitur theoricæ: id est diuinæ contemplationi.

¶ Sed quia mẽtionem fecimus de feria videamus quid sit feria. Feria est solennis dies. Beatus enim Syluester vidẽs Hebræos dicentes prima sabbathi, secunda sabbathi, & sic deinceps: Similiter videns Gentiles nomina suorum Deorum vel stellarum posuisse, vt dies Lunæ, dies Martis &c. noluit imitari mores & sectam eorum, scilicet Hebræorum & Gentilium. Sed loco huius inuenit hoc nomen feria. Sed in fine septimanæ seruauit sabbathum, quod fecit ad figuram: quia sabbathum interpretatur requies. Et nos per totam hebdomadam, id est per totum spatiũ vitæ nostræ, quod currit spatio septem dierum, debemus laborare: & niti summo conamine, vt perueniamus ad requiẽ & ad æternam beatitudinem. Vnusquisq; hymnus habet suam materiam. In illis qui sunt de nocte accipit materiam ipsum tempus, id est significationem ipsius temporis, scilicet, vt expellat à nobis tenebras ignorãtiæ & vitiorum: & informet nos virtutibus, & sancti Spirit⁹ charitate. In illis verò qui sunt de die, accipit materiam ipsum lumen: & vult deprecari Deum, vt quẽadmodùm illuminat nos sua claritate & splendore solis in corpore, sic illuminet nos sancti Spiritus gratia in mente.

Antonius Nebriss.in vnũquodq; hymnorum genus.

¶ Carmen est dimetrum Iambicum archilochium monocôlon orthometrum, Quod canitur ad horas nocturnas certis quibusdam diebus Dominis. Hortatur Christifideles, vt excusso nocturni temporis somno, surgãt petituri admisi peccati veniã, & futuri preseruationem, & immortalis vitę beatitudinẽ.

PRimo dierum omnium
Quo mũdus extat cõdit⁹,
Vel quo resurgens Conditor
Nos morte victa liberat.

Pulsis procul torporibus
Surgamus omnes ocyùs:
Et nocte quæramus pium,
Sicut prophetam nouimus.

MAteria huius hymni est cõmẽdatio Dñici diei: & commendat eum per partes. Hæ sunt partes: quòd mũdus fuit cõditus eodem die quo Christus resurrexit: & per hãc cõmendationem beatus Gregorius vult ob Dominici diei apicẽ, monêre nos ad honorem ipsius de lecto mane surgere: & Deum quærere. Dominicus dies meritò & cum discretione omniũ dierũ primus dicitur: quia dicitur primus respectu omnium creaturarum. Tertius dicitur respectu resurrectionis Domini: quia tertia die resurrexit. Octauus dicit̃ respectu octaui diei: quia in die octaua oẽs resurgere debemus ad ęternã vitam. Et ideo quæramus in Dñico die, quo Christus resurrexit, ipsum Christum: vt à morte vitiorũ ad vitã & gaudium sempiternũ resurgamus in die iudicij: quo bona bonis, mala malis reddentur. Descensus fiat ad literã. Ego dico Dominicum diem maiorẽ esse alijs oĩbus: quia mundus fuit conditus: & Christus resurrexit eodem die: ergo habet primatũ super alios. Ergo maior est alijs diebus. Locus est à partibus sufficiẽter enumeratis vel à positione antecedẽtis.

¶ O fratres, omnes (surgamus in primo dierũ omnium) id est in Dominica die (ocyùs). i. citiùs quã in alijs diebus (quo) scilicet Dominico die (mundus extat cõditus). i. factus (vel) pro & (quo die cõditor). i. Creator oĩm creaturarũ: iam (morte victa). i. destructa: quia Christus moriẽdo mortẽ nostrã. s. ęternam destruxit: & vitam resurgẽdo reparauit: & sic (resurgẽs nos liberat). i. liberauit ab inferno vel à potestate diaboli. Surgamus dico (à nostris torporibus). i. peccatis & vitijs: & non solùm modò surgamus: sed quæramus per obseruationem mandatorum (pium). i. Deum: in hac nocte (sicut nouimus prophetã). s. Dauid Deum quæsisse, sicut ipse ait: Media nocte surgebam ad confitendum tibi &c. Iterum: Lauabo per singulas noctes &c. Vnde in Homilia beati Gregorij legitur de quodam: qui postquàm aliquantulum soporis corpori suo dedisset, extra mediam noctem surgebat: & vigilans perorabat: qui tandiu hoc fecit: donec facta est vox de cœlo à Domino dicens: Peccatum tuum dimissum est tibi.

ANTONIVS Nebrissen. liberat non liberet, vt in omnibus libris scriptum reperies ratione ipsius ordinis & orationis contextus, quod tempus præteritum desiderat. Nam liberat pro liberauit positum est, vt superiùs in autoris præfatione vidêri licet.

Surgamus, inquã & q̃ram⁹ piũ) vt audiat nr̃as p̃ces.i.orationes pro vitãdis vitijs & q̃rendis virtutibus(porrigat suã dextrã).i.auxiliũ(vt nos expiatos).i.absolutos & purgatos(sordibus).i. à vitijs, vel à sordib⁹ vitiorum (reddat sedibus polorum).i.cœlorum & angelorum.i.ponat nos in cœlo.

Nostras preces vt audiat,
Suamq; dextram porrigat:
Vt expiatos sordibus
Reddat polorum sedibus.

¶ Reddat, inquã, nos polorũ sedibus vt muneret, supple nos(beatis donis) i.donis cœlestib⁹(qq;).i.q̃cũq;(psallimus).i.canim⁹(ei).s.Dño(quietis horis).i.horis noctis(in sacratissimo tẽpore)quo Christus resurrexit: tẽpore dico(hui⁹ diei).s.Dñicæ.vel(muneret in sacratissimo tẽpore hui⁹ diei). i.in die iudicij, qui dicit̃ sacratus, quia ibi bona bonis: mala malis reddent̃. Sed quia superiora per nos habere nequim⁹: vertit se nũc ad filiũ, & monet nos: ꝙ p̃cemur ipsum, quatenùs oĩs libido, oĩs macula: & alia mala facta à nobis remoueant̃.

Vt quiq; sacratissimo
Huius diei tempore
Horis quietis psallimus,
Donis beatis muneret.

¶ Iam postulamus te nũc ô paterna claritas affatim).i.abundanter (vt libido)id est luxuria & mala cõcupiscentia, libido dico(sordidans)corpora nostra (& oĩs actus noxius) id est nociuus: id est omne malũ opus (absit).i.longè sit remotum: nè animatum corpus sordescat. Affatim aliquando cũ vnico.f.scribitur, & est compositum ex a & fabile: quasi abundè & non dicibiliter significet, & correpta antepenultima: si verò scribatur cum duplici.ff.significat facũdè, & antepenultimã ꝓducit.

Iam nunc paterna claritas
Te postulamus affatim,
Absit libido sordidans:
Omnisq; actus noxius.

¶ Et ideo te postulam⁹ (nè fœda sit) id est sordibus plena (vel lubrica) id est labilis ad luxuriam (compago nostri corporis) id est coniunctio nostri corporis & animæ: quæ tunc dicitur fœda, quando caro præest virtuti: & ratio est pulchra: quãdo prædominatur corpori, vel deprecemur vt caro subeat menti (per quam) scilicet compaginem(crememur)anima & corpore)id est cruciemur (acriùs) id est valde acriter(ignibus).i.doloribus(auerni)id est inferni. Auernus dicitur ab a, quod est sine, & ver veris, quod est delectatio quasi sine vere.i. sine delectatione. Auernus est locus in inferno, vbi est semper ignis: in quo impij cremabuntur, qui in hac vita per immunditiam exarserunt.

Nè fœda sit, vel lubrica
Compago nostri corporis,
Per quam auerni ignibus
Ipsi crememur acriùs.

Additio. Auernus, lacus est Cãpaniæ prope Baias Plutoni dicatus: vbi introit⁹ ad inferos patẽre credebatur: & dicitur quasi sine auibus: hoc est auibus inaccessus ob grauitatem odoris. Lucretius lib. vj.

Principio: quod Auerna vocant: non nomen id ab re
Impositum est: quia sunt àuibus contraria cunctis.

Ob hoc redemptor quæsumus,
Vt probra nostra diluas,
Vitæ perennis commoda
Nobis benignè conferas.

¶ Et quia timemus nè ignib⁹ crememur (ô redēptor quęsum⁹).i.rogam⁹ & cū desiderio quærim⁹ (ob hoc).i. propter hoc (vt diluas nostra ꝓbra) i.peccata: quæ probrant: id est vituperant & maculant animam & corpus (& conferas).i.concedas nobis (commoda) id est vtilia perpetua (perennis vitæ) id est æternæ gloriæ.

¶ Quò) pro vt (exules) nos peregrini à cœlesti patria (actu).i.operatione carnis: quēadmodū qui est alienus à patria dicit̄ exul & peregrinus.i.lōgè remot⁹ à pr̄ia: sic & nos per opa vitiosa & pctā efficimur exules à cœlesti patria (nos ipsi effecti).i. facti (cœlibes).i.vitam virtuosam & cœlestem ducētes (vt præstolamur).i.expectamus & speramus (nos, inquam, cernui).i.inclinati & oculos sursum tenentes ad Dominum (canamus).i.proferamus (melos).i.cantum ore & corde (gloriæ).i. ad honorem tuæ laudis. Bene enim cantant qui à bonis operibus non cessant.

Quò carnis actu exules
Effecti ipsi cœlibes,
Vt præstolamur cernui,
Melos canamus gloriæ.

¶ O pijssime) q piasti.i. mūdasti nos à vitijs (pater).i. ô creator & autor oīm rerū & (ô vnice).i.ô Christe fili Dei viui: vnice dico (cōpar).i. æqualis secūdū diuinitatē (patri).i. omnipotēti: in pugillo cœlū & terrā continēti (tu dico (regnans cum Spiritu paraclēto) id est cōsolatore (per omne sæculū.i.ante oīa sęcula (p̄sta).i. dona nobis ea: quæ suprà orauimus (amen).i.fine defectu. sine initio, & sine fine.

Pręsta pater pijssime,
Patriq; compar vnice,
Cum Spiritu paraclēto,
Regnās per oē sæculū. amen.

ANTON. Amen, Septuaginta interp. verterunt in geneto, hoc est fiat. Aquila verò in pistomenos. id est fideliter, verbum ex fide deductum.

¶ Carmen est, quale illud, Primò dierum. Canitur ad laudes matutinas certis quibusdā dieb⁹ Dn̄icis. Et quia luce aduēt ante gallus canit, alludens ad illud, quod Iesus post tertiū galli cantum Petrum respexit: cōdonationem peccatorum precatur.

AEterne rerum conditor
Noctem dieq; qui regis,
Et temporum das tempora,
Vt alleues fastidium.

¶ Materia huius hymni est commendatio & laudatio altissimi Dei oīm cōditoris: qui ætern⁹ est.i. sine initio & fine. Et distingue: quid distat inter æternum, perpetuū, sempiternū, tēporale. Aeternū est qd' caret principio & fine vt Deus. Perpetuū habet principiū cum tēpore & nō habebit finem: vt anima. Sēpiternum est, quod nec habuit principium sub tempore: nec habebit finem sicut æternum. Tēporale est, quod incipit cū tēpore & habet finē: vt corpus nostrū. Cōstrue (Aeterne rerū cōditor).i.factor. Cōditor nomē est verbale

quod cōponitur à do quod propriè significat abscōdo: quasi in vnū interiorē locū do. Verg. Scādunt rursus equum: & nota cōduntur in aluo. Ponitur tñ aliqñ pro cōstruo quasi simul do. Salust. Vrbē Romā: sicuti ego accepi, cōdidere atq; initio habuêre Troiani. Significat etiā repono. Plin. Formicæ cōdunt æstate fructus, quibus hyeme fruātur. Ponit etiā pro cōpono. idē Pli. Opus condidit ꝑpetuò oībus legendū. Aliqñ etiā pro recōdo ac sepelio: vnde sepulchrū, cōditoriū appellat. Pli. Post cōditū monumento corpus. Idem, Tam rara in amicis fides, tam parata obliuio mortuorum, vt ipsi nobis debeamus cōditoria cōstruere, omniaq; hæredū officio præsumere. A cōdo dicitur cōditio, sed scribit sine. c. quæ est quædā dispositio & veluti sors fortunarū tēporū & etiam rerum. Cicero: O miserā cōditionē administrandi cōsulatus. Aurelius: Ea tēporum conditio erat, vt nè cōqueri quidē de iniurijs fas esset. (qui regis). i. disponis & gubernas (noctē) id est peccatorem vel diabolum (& qui regis diem). i. iustum (& das tēpora) i. diuersitates (tēporū). i. spatiorū huius vitæ (vt alleues fastidiū). i. remoueas laborē nostrū. Fastidiū à verbo fastidio fastidis deriuatur quod significat cū fastu quodā cōtēno: fastus enim significat superbiam siue elationē cū quadā iactātia verborū & est quartæ declinationis. fastus autem secundæ declinationis est liber fastorū. Aeterni Dei sapiētia vt hominis subleuaret fastidia, tēpora mira delectatione variauit. Nam si semper nox esset: homo deficeret & periret torpore & inertia propter tenebras: & si semper dies esset, miser homo nimis laboris studio affectus etiā periret. Et ideo Dñs misertus nostri: diei & noctis spatium posuit & æternum, & tēporibus tempora dedit subeuntia. Et nota ꝙ quemadmodùm anni sunt quatuor partes vel quatuor tempora: eodem modo homo constat ex quatuor elementis.

Preco diei iam sonat
Noctis profundę peruigil,
Nocturna lux viantibus
A nocte noctem segregans.

¶ Præco diei). i. Ioannes, vel (præco diei). i. Christi (iam sonat). i. nuntiat (diem). i. Christū, præco dico (peruigil noctis profundę). i. inferni profundi (nocturna lux). s. Ioannes, qui ante lucē surrexit: vt luceret hoībus qui erāt in tenebris huius mūdi (viātibus). i. volētibus ire ad Christū (& segregans noctem à nocte). i. peccatū à peccatore: quia quos vult assumit: quos vult in suo sinit errore. Vel aliter cōstrue (Præco). i. Dñs noster: qui est præmiū suis (diei). i. patris (iam sonat). i. manifestat euangelicā prædicationem per prædicatores suos: ipse dico (peruigil). i. cognoscēs (noctis profundæ) culpam. & (nocturna lux) supple lucet (viātibus). i. præsenti Ecclesia, quæ lucet in huius mundi tenebris: & (segregans noctem). i. discernēs vnamquaq; animā peccatricem agentem pœnitentiam de commissis (à nocte). i. ab illa peccatrice anima: quæ ex toto corde Deum reliquit: ita quòd non vult eam venire ad pœnitentiam.

Hoc excitatus lucifer,
Soluit polum caligine.
Hoc omnis erronum cohors
Viam nocendi deserit.

¶ Hoc excitatus lucifer) id est quo Domino prædicante vel Ioāne (lucifer). i. verus ꝑdicator lucē diuinę gratiæ ferēs alijs, excitatus, inquā (soluit polū caligine). i. animam fidelem ab omni nigredine vitiorum: & (hoc oīs

erronum

erronū).i.exercitus maligni diaboli(deserit).i.relinquit. Desero eīm est idē quod relinquo:quasi nō ampli⁹ hæreo. Teren. Si deseris nos tu:perimus. Hinc desertum locū appellam⁹ inhabitatū,quasi ab hoībus derelictū (viā nocēdi).s.Iēsu excitāte & peccator currit ad portū.i.ad Christū:vt ibi reqescat. & vires bonæ operationis ibi resumat,& pcone canēte oīs deceptio diaboli, vel exercit⁹ ei⁹ diluat. Vel chorus.i.cōuēticulus erronū.i.hæreticorū deserit viā suā.i.maledictā sectā(nocēdi).i.faciēdi alijs nocumentum vel impedimentū. Etiā corus aliqñ est ventus flans aduersus Aquilonem,qui à Græcis vocatur argestos,sine,h.

Hoc nauta vires colligit,
Pontiq; mitescunt freta,
Hoc ipsa petra Ecclesiæ
Canente culpam diluit.

¶ Sicut nauta p nimio dolore noctis fatigatus tēdit ad portū, vt ibi recolligat vires aliquātulum requiescēs: sic anima fatigata in nimio labore vitiorū & peccatorū tendit ad portū.i. ad Christū per cōfessionē: vt ibi requiescat & vires bonę operationis recolligat. Cōstrue(Nauta).i.nauis ductor(colligit vires).i.virtutes(hoc).s. Deo(q;)pro &, ipso Christo (freta).i.ebullitiones vitiorū(pōti).i.hui⁹ mūdi(mitescūt).i.māsuescunt,& hoc.s.per Christū ipsum (petra Ecclesiæ).i.Petrus qui est fundamentū Ecclesiæ(diluit canendo).i.flendo & pœnitendo(culpam).s.trinæ negationis:quia ter negauit Dominum.

Surgamus ergo strenuè,
Gallus iacentes excitat,
Et somnolentos increpat,
Gallus negantes arguit.

¶ Et quia gallus).i.Christus vel prædicator nos excitat ad bene agendum (surgam⁹).s.à peccatis(strenuè).i. festināter(gall⁹ excitat).i.cōmouet ad pœnitētiam (iacentes).s.in peccato lapsos vel existentes,& (gallus increpat).i.redarguit(somnolentos)id est in peccatis permanentes:quia sicut ille qui dormit, vagus & ineptus est ad omne opus:sic anima in peccatis manens inanis efficitur Deo. &(gallus arguit) id est repræhendit(negantes)id est nolentes surgere de peccatis.

Gallo canente spes redit,
Aegris salus refunditur,
Mucro latronis conditur,
Lapsis fides reuertitur.

¶(Gallo canēte).i.pdicatore prædicāte (spes redit).i. fiducia recuperandi salutē reddit(& salus).i. vita æterna (refundit).i. largitur per pœnitētiā (ægris).i. peccatorib⁹(mucro latronis conditur).i.insidiæ diaboli, quæ vt mucro cædunt homines,& cruciant animam æternaliter : & sic gallo canente(fides lapsis reuertitur)quod factum est in Petro.

Iēsu labantes respice
Et nos videndo corrige.
Si respicis,lapsus cadunt,
Fletuq; culpa soluitur.

¶ Et quoniam gallo canēte spes redit. O Iēsu Saluator mūdi(respice).s. misericordia tua(labentes)in pctīs.
ANTO. Labantes non labentes emēdat ex ratione carminis,quòd prima breuis est. & lapsus , non lapsos, quod est cōtrariū ei qd' petimus.(nos videndo)id est miserendo(corrige)id est castiga nos(si respicis)id est misereris.

(lapsos)

(lapſos).i.labentes:quia à peccatis reſurgent(peccata cadunt).i.delent(q;)pro &(culpa).i.peccatum(ſoluitur).i.purgatur(fletu).i. lachrymarum gemitu.

Additio. Fletuq; culpa ſoluitur.meliús diceret:fletuq; culpa vertitur:id eſt commutatur in veniam.

¶Et peccata cadunt (ſi reſpicis).i.remittuntur:ideo (O tu lux) id eſt ò tu Chriſte qui es lux mũdi, Ioan. 1. illuminãs nras mẽtes (refulge ſenſib⁹).i. illumina nr̃as mẽtes(& diſcute).i.remoue(ſomnũ mẽtis).i.peccatũ & torporẽ noſtrum:& hoc ad honorem tuum ſcilicet(vt noſtra vox ſonet)id eſt laudet(te)id eſt nomen tuum.ò Chriſte (primũ) id eſt maximè (& pſallamus).i. applaudamus(ore)ſcilicet voce & corde(tibi).i.ad honorem tui.

Tu lux refulge ſenſibus,
Mentiſq; ſomnum diſcute,
Te noſtra vox primũ ſonet:
Et ore pſallamus tibi.

¶Carmẽ eſt Sapphicũ hendecaſyllabum orthometrum monocôlon tetraſtrophõ. Canitur ad horas nocturnas certis quibuſdam diebus Dominicis.Hortatur Chriſtianos ad laudes diuinas,vt conſequamur vitam æternam.

¶In hoc hymno nos hortando admonet Gregorius : vt quàm diu in hoc mundo laboramus : nè nocti , id eſt peccato ſubditi ſimus , ſed cum omni ſtudio pro executione bonorum operum vigilemus:quia ſi vigilia noſtra ſoli Deo intendendo fuerit prouida:ad aures Dei procul dubio perueniet.Materia huius hymni eſt laudatio nominis Dei:& ipſi totis viribus decantare laudes & hymnos.intentio, vt ſurgamus de vitijs & adhæreamus virtutibus.Diſtinguamus ergo ſic (O fratres nos omnes ſurgentes nocte) id eſt de peccato (vigilemus) id eſt perſeueremus in Dei laude(ſemper)id eſt ſine fine(in pſalmis)id eſt in bonis operibus (meditemur)id eſt perſeueremus vigilando(& canamus) id eſt perſoluamus (Domino)id eſt Saluatori noſtro(dulciter).i. ſuauiter(hymnos).i .laudes.ſ.(totis viribus)id eſt animo & corpore.Vigilare enim debemus ſine fine:quia neſcimus quando veniet Dominus,an mane, an ſero, an media nocte.Nocte dixit quia de nocte venit Dominus.ſ.in nubib⁹.i.in velamine carnis:quia fuit quaſi nox: quando incarnatus fuit de beata Virgine:quia Deitas latebat in carne : & ideo nocte.i.in hac præſenti vita vigilare debemus:& non tota nocte dormire: quia in nocte venit Dominus.Vnde dicitur:Vigilate:quia neſcitis diem neq; horam. Et ideo vigilemus in proſperis & in aduerſis : non deſidentes aut bona opera interrumpentes & omittentes laſſemur:ſed iugiter & indefeſsè Deo ſeruiamus. Vnde non qui inceperit:ſed qui perſeuerauerit vſque in finem , ſaluus erit. Inchoata enim virtus non proficit:niſi ad finem perducatur.

NOcte ſurgentes vigilemus omnes.
Semper in Pſalmis meditemur,atq;
Viribus totis Dño canamus
Dulciter hymnos.

Canamus

Vt pio Regi pariter canentes,
Cũ suis sãctis mereamur aulã
Ingredi cœli, simul & beatam
Ducere vitam.

Præstet hoc nobis Deitas beata
Patris ac nati paritérq; sancti
Spiritus, cui⁹ roboat in omni
Gloria mundo.

¶ Canamus hymnos, vt nos (canentes).i.laudes persoluentes (pio Regi) i.Christo (pariter).i. corpore & anima mereamur ingredi aulam cœli.i. regnum æternæ beatitudinis (& ducere).i.habere simul vitã ęternã: vel beatam, id est puram vel sanctam.

¶ Dixi, quòd debem⁹ canere pio Regi: vt mereamur cœli ingredi ianuã (Deitas beata).i. Deus vnus.s. pater & filius & Spiritus sanct⁹ (pstet).i. donet nobis oĩb⁹ (hoc).i. ea q̃ suprà orauimus (gloria cui⁹).i.laus cuius Deitatis (roborat).i.resonat. Vergilius: Reboãt syluæq., & magnus Olympus (in omni mũdo).i. vbicunq,: vnde dicit, Quicquid in mũdo fit, per ipsi⁹ fabricatio nẽ fit.s. Domini: per quẽ Deũ & in quo sunt oĩa. Omnia enim illi soli famulantur. Cœlum & terram ego implebo, dicit Domin⁹.

¶ Carmen est, quale illud, nocte surgentes. Canitur ad laudes matutinas certis quibusdam diebus Dominicis. Christianos excitat sub lucem, vt Dei misericordiam implorent.

ECce iam noctis tenuatur vmbra:
Lucis aurora rutilãs coruscat.
Viribus totis rogitemus oẽs
Cunctipotentem.

¶ Materia hui⁹ hymni est miseratio Christi, & cõtinuatur hymno superi⁹ dicto sic, qui surreximus nocte: id est de peccato cauendo. Nox deponitur & ecce dies appropinquat: quia sicut illi:q gallo canẽte in nocturnis horis iter disponit agere.i. inchoat. sic ille, qui in nocte hui⁹ mũdi ad cœlestia ire desiderat, gallo canẽte.i. prædicatore prædicãte surgit, & iter incipit per bonam operationem. Construe (Ecce vmbra).i. ignorãtia vel obscuritas (noctis) id est diaboli (iam tenuat) id est annhilatur (aurora lucis).i. Christus patris cognitio. Aurora ab aura dicitur: quia tunc aér incipit splendescere. Aura enim splendoré significat. Verg. Discolor vnde auri per ramos aura refulsit. Horatius: Tua retardet aura maritos. Hinc aurũ deducitur propter splẽdoré eiusdem metalli. Aliqñ etiam aura pro vẽto ponitur. Verg. At illi dulcis compositis spirabat crinibus aura. Ponitur etiã pro afflatu & fauore. Idem. Nunc quoq; iam nimiũ gaudens popularibus auris (rutilans) id est splendorem emittens (coruscat).i. splendet. Vnde Verg. Pennisq; coruscant.i. splendent. Et nota, quòd sicut aurora depellit noctem: sic Christus deuicit diabolũ, quia Christus est princeps nostræ humanitatis (aurora) id est Christus: quasi aureum colorem habens: quia coruscat: ideo (rogitemus omnes) id est deprecemur. Rogitare, verbum est frequentatiuum à rogo rogas, & significat frequenter & cum attentione rogare (viribus totis) id est cum omnibus viribus animæ & corporis (cunctipotentem) quia omnia in sua potestate sunt.

¶ Vt Deus

Vt De⁹ noster miseratus omnẽ
Pellat angorẽ: tribuat salutẽ:
Donet & nobis pietate patris
Regna polorum.
Præstet hoc nobis &c.

¶ Vt Deus noster miseratus) nostri.s. quia miserẽdo nos redemit (pellat).i. remoueat (omnẽ angorem).i. omne peccatu. Laguor propriè est idẽ quod torpor & inertia. Vnde Cice. Nihil autẽ magis cauẽdu est, q̃ nè quis lãguori se desidiæq; dedat. Et pellẽdo peccatũ (tribuat salutẽ).i. vitam corporis & animæ: quia per Dei gratiã nõ proprijs meritis vita dat. (donet ergo nobis pietate patris).i. ipsius misericordia (salutẽ) i. incolumitatẽ. aliqñ tñ salus ponitur pro remedio: Verg. Vna salus victis nullã sperare salutẽ. Inde veniũt salutifer, salutaris, & saluber: vel magis vsitatè salubris, quod præbet sanitatem: vnde aërem, cibum, potũ, locũ, multaq; huiusmodi dicimus salutifera, salutaria & salubria (regna polorum) id est aulam cœlorum. ANTONIVS. Pellat angorem sic legẽdum est, non languorẽ ex ratione carminis, quod facilè apparet. est enim angor autore Cicerone in.iij. libr. Tusculan. quæstio. Aegritudo premens. (Pellat, inquam, angorem) id est corporis & animæ cruciatũ siue angustiã. ¶ Præstet hoc nobis &c. vt in fine hymni tertij.

¶ Carmen est, quale illud, primò dierum. Canitur hora diei prima orto iam sole. Monet nos petere à Deo gratiam, vt per totum diem abstineamus nos à peccatis, vt posimus illum rectiùs laudare.

IAm lucis orto sydere
Deum precemur supplices:
Vt in diurnis actibus
Nos seruet à nocentibus.

¶ Materia huius hymni est deprecatio ad Dominum vt (orto sydere).i. Christo, dignetur nos segregare à vitijs: & nos induẽdo virtutibus repellat superbiã & nos faciat humiles, & quoniam vmbra noctis. i. peccatum recesit à nobis: ideo lux vera: id est Christus, corporibus nostris inhabitet. Construe sic (sydere iam lucis orto). i. Christo nato: qui refulsit in mundo sicut sol iustitiæ: qui redimendo eripuit nos de tenebris & vmbra mortis. id est à peccato (nos supplices) id est humiles (precemur Deum) id est valde oremus apud Deum (vt in diurnis actibus) id est asiduis bonis operibus (seruet nos à nocentibus) id est custodiat & protegat nos à peccatis & omnibus aduersis.

Linguam refrænans temperet,
Nè litis horror insonet.
Visum fouendo contegat,
Nè vanitates hauriat.

¶ Dico vt nos seruet à nocentibus gratia Christi (refrænans) id est compescens linguam, & temperet eam (nè horror litis) id est contẽtio vel seductio diaboli (insonet) id est in nostra corda sonet (visum fouendo contegat) id est nutriendo & regulando cõcupiscentias nostras: & visum sic protegat & dirigat (nè vanitates hauriat) id est nè videamus ea quæ videnda non sunt. Et non solùm visus oculorum sit

mundatus

mundatus: sed etiam cordis: vt gaudium vanitatis non hauriamus: & in delectationibus & concupiscentijs non gaudeamus. Vnde Dominus ait: Non mihi possunt viuere, qui non sunt mortui mundo. Aestimamus enim temerè: si Deo & mundo volumus perfrui. Et alibi. Non est conuentio Christi ad Belial. Diabolus enim & Deus non bene conueniunt: nec in vna sede morantur. Et Deus in euangelio: Nemo potest duobus dominis seruire: Deo scilicet & mammonæ. id est pecuniæ malæ acquisitæ & diuitijs. & nota, quòd inter amorem Dei & huius mundi est hæc differentia, quòd amor huius mundi in principio dulcis esse videtur: sed finem habet amarum. Vnde Ecclesiastes: Nouissima autem eius amara, sicut absynthium. Amor Dei ab amaritudine incipit: sed vltima eius dulcedine plena sunt. Hæc est salutaris mansio: scilicet Deus: hæc sunt tabernacula iustorum: in quibus vox lætitiæ & exultationis sonat semper: vbi beati habitabunt: cuius decorem propheta concupiuit: cuius habitationem optauit, cuius desiderio flagrauit.

Sint pura cordis intima:
Absistat & vecordia:
Carnis terat superbiam
Potus cibiq; parcitas.

¶ Intima cordis siunt pura. i. munda à mala cogitatione (& vecordia). i. stultia, quæ fecit hominẽ vecordem esse (absistat) id est absit à nobis procul (q,) pro & (parcitas). i. abstinẽtia cibi & potus (terat) id est minuat (superbiam carnis). i. peccatum & stimulos eius: quia nisi habeamus parcitatem cibi & potus, omnia in contrarium suprà dicta nobis euenient: nec poterimus refrænare linguam nostram, nec nostra intima erunt pura, sed sordida: & horror litis eis associabitur. & sic per hæc & cætera mala condemnabimur.

Vt cùm dies abscesserit:
Noctemq; sors reduxerit:
Mundi per abstinentiam
Ipsi canamus gloriam.

¶ Vt cùm dies (abscesserit). s. à nobis per mala opera (q;) pro & (sors). i. diuina dispensatio, vel sors. i. diabolus: vel sol per sui absentiã (reduxerit noctẽ). i. peccatũ. quia nil aliud est dies: quã illuminatio solis per aërem, vel aër sole percussus: (noctem, inquã) id est peccatum nos per abstinentiam vitiorum (mundi) id est præsentis sæculi purificati (canamus gloriam) scilicet sempiternam (ipsi) id est Deo. Et quia nox recessit & dies venit. referamus gloriam Deo: & hoc iure.

Deo patri sit gloria:
Eiusq; soli filio:
Cum spiritu paraclêto:
Et nunc & in perpetuũ. Amẽ.

¶ Referamus gloriã Deo & hoc iure dico: quia tot & tanta contulit nobis, quia peccatum p̃cessit, & à morte liberauit nos, & ad vltimum nos in filios collocauit & suscepit. (Gloria) i. laus sit Deo patri (q;) pro & (eius soli filio) i. vnico Iesu Christo. & hoc (cum Spiritu paraclêto). i. cõsolatore. Spiritus sanctus dicitur cõsolator. i. aduocatus primus. ideo quia discipulorum corda: quæ fuerunt mœsta de morte Christi reddidit consolationi (& nunc). i. in præsenti (& in perpetuum). i. sine fine. Amen.

¶ Carmen

❡ Carmen est, quale superiùs canitur hora diei tertia. Quia vt Actuum capite. 2. scribitur, Spiritus sanctus sub specie ignis diffusus est in Christi discipulos. Itâque & nos petimus, vt inflãmati charitate Deum & proximos amemus.

NVnc sancte nobis Spirit⁹
Vnus patri cum filio vnum
Dignare promptus ingeri,
Nostro refusus pectori:

❡ Materia huius hymni est deprecatio sancti Spiritus: vt dignetur in pectora nostra descendere. quam scilicet deprecationem facimus in hora tertia. In hora tertia peccauit Adam in paradiso, propter quod peccatum inde eiectus est: ideo Spiritui sancto facimus hanc orationem: vt sicut ab Adam per suggestionem separatus est: ita per eius correctionẽ nostro pectori ingeri dignetur. Et sicut inflammauit Apostolos hora tertia: sic dignetur ingeri in cordibus nostris vel infundi, vt mereamur Deum verè laudare: & hoc est (O sancte Spiritus) tu dico (promptus). i. paratus ad perquirendũ & consolandum (qui es vnus vel vnum: i. vnius substantiæ (patri cum filio) dignare (ingeri). i. infundi nobis (nũc) i. adhuc: sed iam dico tu (Spirit⁹ refusus nostro pectori). i. vt infundas nobis Spiritum sanctum: vel simus repleti te Spiritu sancto, vt consequamur remissionem peccatorum. vel (vnus aut vnum patri cum filio) in essentia vel in potestate.

ANTONIVS nebrissẽ. Vnum patri cum filio: non vnus: nam genus neutrum in diuinis dicit substantiam: vnus vero vel vna in genere masculino aut fœminino dicit personam: vt filius est vnum cum patre: non tamen vnus. Et filius est alius à patre: non tamen aliud.

Os, lingua, mens, sensus vigor,
Confessionem personent,
Flammescat igne charitas,
Accẽdat ardor proximos.

Præsta pater pijssime &c.

❡ Os & lingua pertinent ad corpus: mẽs verò ad animã: & sensus ab vtroq; procedit: & similiter eodem modo pertinet Spiritus sanctus ad vtrunque. s. ad patrem & filium: qui ab vtroq, procedit. Et tamen non tres Dij, sed vnus est De⁹. Et nota, quòd in sole tria sunt, s. sphæra, claritas, & calor. Sphæra solis naturaliter splendens est & calens. Sũmus pater naturaliter sapiens est & amans. Sphæra solis & splendor & calor non sunt tres soles, sed vnus sol. Summus pater & sapientia & amor eius non sunt tres Dij, sed vnus est Deus. In sphæra solis ignea patrem intelligere debemus, in splendore filium, in calore Spiritum sanctum (Os, lingua,) id est corpus (& mẽs) id est, anima (sensus) id est vterque, scilicet corpus & anima (vigor) id est virtus (personent) id est credant, vel confiteantur (confessionem) id est Trinitatem. s. patrem & filium & Spiritum sanctum esse vnum Deum (charitas). i. amor Dei & proximi (flammescat). i. ardeat in nobis (igne) supple sancti Spiritus (ardor) suę charitatis (accendat) id est illuminet spirituali amore (proximos) id est amorem Dei desiderantes.

❡ Pręsta pater, quod reliquum est, in fine hymni Primò dierum, exposuimus.

❡ Carmen

¶ Carmen est, quale superius. Canitur hora diei sexta, quo tempore est maximus diei calor. Itáq; temporis occasione petit temperari in nobis choleram, quæ est iræ sedes.

REctor potens, verax Deus,
Qui temperas rerũ vices,
Splendore mane instruis,
Et ignibus meridiem.

¶ Materia huius hymni sumitur per qualitates & diuersitates aëris & tẽporis: ex hoc. s. ꝙ maximus calor solet esse aliqñ in meridie: & qñq; solet nocẽre animæ & corpori. Vñ Deũ rogare debemus, vt in nobis extinguat flãmas vitiorũ nostrorũ: & tribuat nobis suã charitatẽ in cordibꝰ nr̃is. Et nõ solũ hora tertia Deũ rogare debemus: sed etiã sexta hora: in qua Adam eiectus fuit de paradiso per superbiã: vt, vnde per trãsgressionẽ fuit eiectus: illuc redeamus per bonã operationẽ Christo annuente: qui eadẽ hora in cruce positus fuit. O tu (rector) qui regis omnia (potẽs). i. qui potes oĩa facere q̃ vis: quia manus tua potentia: & in ea omnis potestas & fortitudo (verax Deus) qui nunq̃ mentiris: quia tu ipse veritas es: & verax in verbis & promissis tuis quæ nunquã fallunt (qui temperas). i. qui mitigas (vices) id est vicissitudines rerum: & (instruis mane) id est incipientes bona opera facere (splendore Solis) id est lumine (& instruis meridiem ignibus). i. calore, scilicet charitate.

Extingue flammas litium
Aufer calorem noxium,
Confer salutem corporum,
Veramque pacem cordium.

¶ Extingue flãmas litium). i. suffoca calores mũdanarum tẽtationum: vel (extingue flãmas). i. mortifica in nobis flammas. i. ardores libidinis: vel (litium). i. odiorũ vel discordiarum: (aufer calorem). i. remoue amorem à nobis & appetitum (noxium). i. noxiarum rerum: quia tu bonus calor & Sol vitæ æternæ (confer salutem) scilicet nobis) corporum). i. animarum (q́;) pro & (pacem cordium) id est animorum (veramq́; pacem) id est non fictam.

¶ Carmen est, quale illud, Primo dierum. Canitur hora diei nona: cùm Deus inuariabilis sit, dederit tamen tẽporibus lucis varietatem: petit vt vesper, id est, finis vitæ nostræ sit lucidus & sine mẽtis perturbatione: vt in fide Christi moriẽtes, vitam ęternam consequamur.

RErum Deus tenax vigor,
Immotus in te permanens,
Lucis diurnæ tempora
Successibus determinans:

¶ Materia huius hymni est, ꝙ non solum in hora sexta deprecandus & laudãdus est Deus: sed etiã in hora nona: in qua Iesus Christus migrauit de hoc mundo ad patrem: vt possimus transire de vitijs ad virtutes: & ad bonas operationes. (O Deus tenax) à teneo tenes: quia omnia tenes sub potestate tua & pietate (vigor). i. virtus (rerum permanens in te immotus). i. non variabilis,

quia nunquàm in seipso mouetur(determinans)id est diuidens (tempora lucis diurnæ) id est quotidianæ(successibus).i.quibuslibet distinctionibus.

¶ Et quia hæc dicta facis (largire).i. concede(clarũ vespere).i.finẽ nostræ vitæ & exitum (quò) pro vt (nr̃a vita nusquàm decidat).i.non cadat in aliquo graui peccato (sed perennis gloria) supple illa, quæ sine fine existens (præmium mortis sacræ,instet).s.nobis per remissionem peccatorum.

Largire clarum vespere
Quò vita nusquàm decidat:
Sed præmium mortis sacræ
Perennis instet gloria.

ANTONIVS. instet, sensus est, quòd gloria perennis, appositione præmium mortis sacræ(instet).i.sequatur.

¶ Carmen est, quale illud, Primo dierũ. Canitur hora vespertina commemorata lucis creatione, eiusq; officio instante nocte, per quam intelligimus peccatum ignorantiamq; . Petit gratiam, qua præmuniamur à peccatis, & optemus æterna.

¶ Materia huius hymni est inuocatio, quam facit beatus Gregorius ad Dñm: vt sicut pcepit mane iunctũ vesperi vocari diem: ita audiat preces nostras: & cõmendet diẽ Dominicũ per opus, quod quotidie factum est & in eodem die: vt ibi: Fiat lux, & facta est lux. (O optime Creator lucis).i.filij tui, vel angelorum(proferens).i.tribuẽs(lucem).i.filium tuum (dierũ).i.Apostolorũ tuorum, qui dies vocãtur(parans originẽ).s.qñ dixit: Fiat lux.i.initium (nouæ lucis primordijs mundi).i.Apostoli, qui lux mũdi interpretãtur. Vnde dicitur: Vos estis lux: in ista vita illustrantes omnia: Vos estis sal terræ, condientes morũ temperantiam: ipsi Apostoli pastores sunt populorum, omnia conseruantes.

LVcis Creator optime
Lucem dierum proferens,
Primordijs lucis nouæ
Mundi parans originem.

¶ Et tu(q pcipis mane iunctũ vesperi vocari diẽ).i.diẽ & noctẽ, qui est dies naturalis, vnde dictũ est: Factũ est vespere & mane dies vn⁹. vel aliter, tu q pcipis mane iunctum vesperi vocari (diẽ).i.Deitatẽ iunctã carni nr̃æ, quę obscura est: vt vesperũ(vocari diẽ).i.Christum, qui est verus Deus(tetrũ chaos) id est nox & peccatum & obscuritas vitiorum (illabitur).i.cadit in nos, & ideo (audi preces).s.nostras(cum fletibus)i.cum desiderijs lachrymarum.

Qui mane iunctum vesperi
Diem vocari pręcipis,
Tetrum chaos illabitur:
Audi preces cum fletibus.

¶ Dico audi preces nr̃as, & quare?(nè mens).i.aĩa nr̃a sit ponderata (crimine).i.peccato vitiorũ, & hoc est qd' dicit(nè mẽs grauata).i.ponderosa vel oppssa(crimine).i. peccato (sit exul) id est alienata(munere).i.dono ęter-

Nè mens grauata crimine
Vitæ sit exul munere,
Dum nil perenne cogitat,
Seseq; culpis alligat.

næ beatitudinis (vitæ).i.Christo,qui est vita(dum mens nihil perenne cogitat) id est perpetuum(sed alligat)id est illaqueat sese culpis vitiorum.

Cœlorum pulset intimum,
Vitale tollat præmium,
Vitemus omne noxium,
Purgemus omne pessimum.

¶ Ergo & nos debem⁹ accipere Christum,vel æternam beatitudinẽ, & vt hoc fiat mens(pulset).i.inquirat(intimũ cœlorũ).i.Christũ(tollat).i.acquirat(vitale pmiũ).i. ęternã beatitudinẽ,ergo(vitem⁹ oẽ noxiũ).i.oẽ peccatũ quãtũ ad corpus(purgemus oẽ pessimũ).i.omne peccatũ quãtũ ad animã.

Additio. Et nota quod omne pessimum non dicitur Latinè:teste Valla: quia nunquàm iungitur superlatiuo:sed positiuo & comparatiuo,vt omnis sapiens vel sapientior: ideoq; dicendum erat pessimum quidque secundùm medios Latini sermonis autores.

¶ Carmen est,quale illud,Primo dierum.Canitur horis diei cõpletis.Implorans diuinam tutelam, petit nè per noctis insomnia lemures mentibus nostris incursantes occurrant.

TE lucis ante terminum
Rerũ Creator poscimus,
Vt solita clementia
Sis præsul ac custodia.

¶ Materia hui⁹ hymni est Deũ deprecari in inceptione noctis,vt sicut depcamur Deu in inceptione diei vt custodiat nos per totam diẽ: ita in inceptione noctis vt nos custodiat p totã noctẽ depcamur(O rerũ Creator poscim⁹).i.petim⁹ te (ante terminũ lucis).i. anteq̃ de mũdo exeamus,vel anteq̃ dies recedat:(vt sis presul).i.custos,vel speculator,ac custodia:vel sis præsul(ad custodiam).i.ad custodiendam animam.

Procul recedant somnia,
Et noctium phantasmata:
Hostemq; nostrum cõprime,
Nè polluantur corpora.

¶ Dico sis præsul ad custodiam: vt (procul recedant somnia).i. logè sint à nobis & remotæ illusiones dęmonũ vel prauę delectatiões carnis:&(phãtasmata noctiũ).i. occultę deceptiones vel suggestiones & noctiũ apparitiones.i.malignorum spirituum. Nox diuiditur in sex partes.s. sero siue vesper, conticinium,intẽpestum,gallicinium,crepusculum,mane. Sero est quãdo nox imminet,illud.s.tempus quod sequitur Solẽ occidentẽ,quod etiã vesperus dicitur ab illa stella post Solẽ oriente. Conticinium est hora, qñ homines cubitum pergunt.Intempestum est qñ nihil operantur,& est communis hora quiescendi omniũ,mediũ tẽpus inter gallicinium & conticiniũ.Gallicinium est quando galli emittunt voces.Crepusculum est qñ dubium est inter diem & noctem. Mane est quando aurora apparet,&(comprime nostrum hostem).i.diabolum vel carnem,(nè corpora nostra polluantur).s.malo vel corporali pollutione.

¶ Carmẽ est cacometrum,simile tamen dimetro Iambico.Canitur in quadragesima horis diei cõpletis. Petit nè per instãtis noctis tenebras illudamur,& quietem nobis placitam tribui.

CHriſte,qui lux es & dies,
Noctis tenebras detegis.
Luciſq; lumen crederis
Lumen beatum prædicans,

¶ Materia hui⁹ hymni eſt, ꝙ depreca re debemus Deũ: vt det nobis quietã noctẽ,& defendat à perfido hoſte: & oculi ſic ſomnũ capiant ꝙ cor ſemper ad Deũ vigilet.(O Chriſte qui es lux) ſ.angelorũ & illuminator oĩm ſanctorũ.Vnde ipſe dixit, Ego ſum lux mũdi (& dies).i.Chriſtus,qui illuminat oẽm diẽ & parat oẽm lucẽ:cũ autẽ mirabile ſit: quia ſicut Pater eſt lux,& Filius & Spiritus ſanctus ſit lux,no tñ tres luces,ſed Pater & Filius & Spirit⁹ ſanctus vna & inſeparabilis eſt lux:ſicut in hac dictione q eſt lux ſunt tres literæ & vnus ſon⁹: cui ad ſignificationẽ ipſius ſenſus aliquid addi vel minui no poteſt:ſic quoq; cũ tres perſonæ ſint,eſt vna Deitas,cui naturaliter addi vel minui nihil poteſt.Nõ eñ Deus tres luces ẽſt,quia ſi verũ eſſet:iam lux vna nõ eſſet:nã quicquid naturaliter diuidi poteſt in illa ſubſtantia, quæ diuerſitatẽ patitur:nõ poteſt dici vnum:& (detegis).i.aperis (tenebras).i.verſutias(noctis).i.diaboli(q;)pro &(crederis lumen lucis).i patris:tu dico (prædicans)id eſt permittens Apoſtolis(beatum lumen) id eſt Spiritum ſanctum.

Precamur ſancte Domine,
Defende nos in hac nocte.
Sit nobis in te requies.
Noctem quietam tribue.

¶ O ſancte Dñe).i.q dñaris (pcamur) i.rogam⁹ te.(defende).i. ptege nos à vitijs:& ab inſidiatoribus noſtris.i.demonibus:qui vt leones rugientes circuunt quærentes quẽ deuorent: vt ait Apoſtolus(in hac nocte).i.in præſenti vita & (requies ſit nobis in te) id eſt requieſcamus tecum in cœleſti regno : & (tribue).i.concede(noctem quietam)id eſt tranquillam & ſecuram.

Nè grauis ſomnus irruat,
Nec hoſtis nos ſurripiat,
Nec caro illi conſentiens,
Nos tibi reos ſtatuat.

¶ Nè grauis ſomnus) id eſt nè graue peccatum vel delectatio peccati (irruat)id eſt opprimat nos (nec hoſtis) id eſt diabolus (ſurripiat) id eſt fraudulenter decipiat nos (nec caro) noſtra(illi cõſentiens)ſcilicet diabolo in peccato(nos reos ſtatuat).i.faciat eſſe culpabiles tibi.i.Domino:quia Dominus noſter es ſecundum naturam.

Oculi ſomnum capiant,
Cor ad te ſemper vigilet.
Dextera tua protegat
Famulos qui te diligunt.

¶ Quãuis dico,ꝙ grauis ſomnus non irruat:tamẽ nõ dico ꝙ oculi ſomnum non capiant, imo aliquantulum capiant:vt hi (oculi ſomnum capiant).i. aliquantulũ capiãt,vt corpus refocillet(cor).i.mens(ſemꝑ vigilet ad te)& ó tu Domine (dextera tua) . i. auxiliũ tuũ(ꝓtegat famulos).ſ.qui te diligũt.

Defenſor noſter aſpice,
Inſidiantes reprime,
Guberna tuos famulos:
Quos ſanguine mercatus es.

¶ Defenſor noſter aſpice)ſcilicet nos (& reprime inſidiantes) id eſt dæmones qui ſemper inſidiantur nobis: & quia maligni ſpiritus ſemꝑ ſunt parati inſidiari nobis & nocêre:& animas ſingulare:

gulare:ideo petimus,vt Deus eos reprimat & restringat,nè nocêre valeant. Est notandum ꝙ maligni spiritus tres habēt habitationes.s.in inferno,in aëre,& in terra.Illi,qui in terra manent,diuiduntur in duabus partibus : & vocantur laruæ & larues:laruæ in nocte lædunt:larues autem in die.(guberna).i.rege nos tuos famulos (quos mercatus es).i. redemisti tuo sanguine. Et nota quod diu per peccatum serui fuimus:modo per Christum liberi facti sumus: quia nec auro corruptibili,sed proprio sanguine suo nos redemit.

Memento nostri Domine
In graui isto corpore,
Qui es defensor animæ,
Adesto nobis Domine.

¶ Et quia sumus redempti sanguine Domini:ideo non debemus voluptati nostrę satisfactionē facere, sed præceptis eius pro salute nostra nosmetipsos onerare & iugiter applicare.Vnde Dauid: Præceptum Domini lucidum illuminans oculos. (O Domine memento nostri in graui isto corpore)id est corruptibili:qui es defensor animæ: ô tu Domine (adesto nobis) id est esto ad defensionem nostram.

¶ Carmen est, quale illud,Primo dierum. Canitur ad horas vespertinas feria secunda:Alludens ad illud Genes.1. quòd aquæ superiores ab inferioribus sunt distinctæ. Petit vt lumine fideli illustremur.

IMmense cœli Conditor
Qui mixta nè confunderet,
Aquæ fluenta diuidens,
Cœlum dedisti limitem.

¶ Materia huius hymni est inuocatio quam facit autor : vt quemadmodùm Christus aquas ab aquis in secūda die separauit, partem in terra reliquit & partem iu cœlo attulit propter nimietatem aquæ: ideo quia terra confusa erat:& nè calor Solis dissiparet res mundanas:ita diuidat mentes nostras à malis operibus. Sed quæritur cur partem attulit in cœlum:& ad quid cœlum igneum est. Ignis leuis materiæ est, & ideo si non interposuisset aliud elementum puta aquam,ignis totam terram leuiter combureret.Et si quæratur qualiter aquæ manent super ignem: Augustinus dicit,quod fortitudo ignis aquam coagulat & coarctat.Item quæritur, si cœlum mobile est & rotundum:quomodò aquæ manent sursum. Ambrosius dat hoc exemplū:quia multa corpora externis sunt rotunda, quæ internis sunt quadrata & sic potest esse cœlum. Cœlestes nanque naturæ igneæ sunt. Vnde spiritus dicitur purus æther : quia rogus id est ignis. Vnde nisi vnda superioris & inferioris aquæ ęthera siue ignem temperaret,totam terram incenderet & ruptam in puluerem dissiparet(O Christe Conditor immense)id est sine mensura(cœli, qui diuidens fluenta aquæ)id est aquarum cursus (nè cōfunderet mixta)scilicet super faciem terræ.i. confusionem faceret (cœlum dedisti limitem) id est terminum inter aquas superiores & inferiores.

¶ Tu dico firmãs locum inter aquas cœlestes & aquas terrestres (cœlestibus).i.angelis vel aquis,& (simul riuulis terræ).i.fluminib⁹ vel peccatoribus(vt vnda).i.aqua (temperet flãmas).i.ignẽ firmamenti:nè flãmę dissipent(solum terræ).i.soliditatem.

Firmans locum cœlestibus,
Simulq; terræ riuulis,
Vt vnda flammas temperet,
Terræ solum nè dissipent.

¶ O tu pijssime(infunde nunc). i.in pſenti (donũ perẽnis grẽ).i. Spiritus sancti(nè error).i.idololatria, vel originale peccatum (vetus). i. antiquus (atterat)id est conterat nos(casibus nouæ faudis)id est hæresis vel diaboli:nouæ dicit:quia nullus alius peccauerat per originale peccatum.

Infunde nunc pijssime
Donum perennis gratiæ,
Fraudis nouæ nè casibus
Nos error atterat vetus.

¶ Fides).s.nostra (inueniat lucẽ tuã ô Christe) & inueniẽdo (ferat iubar) id est splendorem(luminis)id est spiritus sancti, & ferendo inbar tribuat se nobis:(hæc)id est fides(terreat cuncta vana)id est cunctam prauitatem hæreticam(nulla falsa comprimant)id est deprimant(hanc).s.fidem.

Lucem fides inueniat,
Hæc luminis iubar ferat,
Hæc vana cuncta terreat,
Hanc falsa nulla comprimãt.

¶ Carmen est,quale illud, Primo dierũ.Canitur.ij.feria ad horas nocturnas.Hortatur nos,vt surgamus ad orationem,qua Deũ cõfiteamur,& peccatorũ veniã petamus.

¶ Materia huius hymni est, quòd debemus surgere de lecto.i.de peccato: & deprecari Deum vt dimittat nobis peccata nr̃a.s.præsentia,præterita, & futura.Cũ facimus inuocationem ad Deum patrem,sic debemus dicere:O Deus pater(refectis artubus somno).i.sensibus nostris repletis in mũdana delectatione(surgamus spreto cubili).i.ipsa delectatione,quia postq̃ fuerint membra nostra refocillata sõmno & reparata virtute, debemus cum indignatione spernere:& ad Dei seruitium festinare:& tunc Deus aderit nobis(deposcimus) i.deprecamur(te adesse).s.præsentem (nobis canentibus) id est laudantibus.

Somno refectis artubus
Spreto cubili surgimus,
Nobis pater canentibus,
Adesse te deposcimus.

¶ Et ideo non solùm corde:sed etiam lingua te depcamur, ô Domine (lingua nostra concinat).i.laudet te (primũ).i.maximè super omnia (ardor) id est amor mentis nostræ (ambiat) id est desideret te,& ad quid:vt tu sancte pater sis exordium).i.principium nostrorum actuum sequentium : vt oĩs nostra actio à te semper incipiat:& per te incepta finiatur.

Te lingua primùm concinat,
Te mentis ardor ambiat,
Vt actuum sequentium,
Tu sancte sis exordium.

Cedant

Cedant tenebræ lumini,
Et nos diurno ſyderi,
Vt culpa (quam nox intulit)
Lucis labeſcat munere.

¶Tenebrę.i.vitia & pctã(cedant).i. locum dent (lumini).i. Chriſto (& nox) ſupple cedat (diurno ſyderi) id ſoli(vt culpa).i.peccatum (quã nox intulit nobis).i. diabolus (labeſcat) id eſt euaneſcat(munere).i.gratia(lucis)id eſt Chriſti, vel Spiritus ſancti.

ANTONIVS. Labeſcat, imò labaſcat: nam labeſco prima longa eſt, Labaſco verò breuis: quod hoc in loco deſideratur, quia in ſecundo loco Iambus eſt neceſſarius.

Precamur idem ſupplices,
Noxas vt omnes amputes,
Vt ore te canentium,
Lauderis in perpetuum.

¶Nos ſupplices).i. humiles (precamur idem).i.illud,& ad quid?(vt amputes).i.auferas(omnes noxas)id eſt omnia peccata & vitia, vt lauderis in perpetuum ore canentium te.

¶Carmen eſt, quale illud, Primo dierum. Canitur feria.ij. ad laudes matutinas. Aduentante luce, filium, qui eſt ſplendor patris, deinde patrem ipſum multa petens, implorat.

SPlendor paternæ gloriæ,
De luce lucem proferens,
Lux lucis & fons luminis,
Dies diem illuminans.

¶Materia huius hymni eſt patris & filij & Spiritus ſancti credulitas, & ꝙ tantũ pater ſit in filio: & filius in patre: & Spiritus ſanctus ꝓcedẽs ab vtroq;: & per hanc credulitatem rogamus(vt confirmet).i. conferat nobis ſuam gratiam: vt ſit nobis cibus & potus, (O Chriſte qui es ſplẽdor paternæ gloriæ).i.patris per quẽ glorificaris (proferẽs lucẽ).i.Spiritũ ſanctũ(de luce).i.de patre, vel(proferẽs).i.manifeſtans (lucem).i.teipſum æternam lucem veniẽtem in hunc mundũ de luce paterna (O lux).i.filius(lucis).i.patris: & (fons).i. origo luminis vel Spiritus ſancti: tu dico dies(illuminãs diẽ).i.illos quos prædicatione Apoſtolorũ facis illuminari.

Veruſq; Sol illabere,
Micans nitore perpeti,
Iubarq; ſancti Spiritus
Infunde noſtris ſenſibus.

¶Et tu ô Chriſte qui es(verꝰ ſol illabere).i.deſcẽde(micãs nitore perpeti).i.perpetuo lumine ęterno (infunde).i.mitte(iubar).i.ſplẽdorẽ Spiritꝰ ſancti(nr̃is ſenſibꝰ).i.nr̃is mẽtibus: & non ſolũ vocemus filiũ, ſed te patrẽ.

Votis vocemus te patrem,
Patrem perennis gloriæ,
Pater potentis gratiæ
Culpam releget lubricam.

¶Et nõ ſolũ vocemus te filiũ(ſed votis vocemus).i.precemur cum deſiderio: vocemus, inquã (te patrem perẽnis gloriæ)id eſt perpetuæ: quia infinita eſt: & vocemus, vt pater potentis gratiæ(releget).i.reſtringat, vel mittat in exilium (culpam lubricam) id eſt libidinem, quæ facit hominem citò labi de bono ad malum.

¶ Dixi inuocemus: & quare? vt pater (informet). i. cōponat (act⁹ strenuos) i. honestos. s. bonas operationes (& retūdat). i. frangat (dētem). i. fortitudinem (inuidi). i. diaboli, & quéadmodùm aliquis mordet escam: ita diabolus mordet & seducit Christianos operando mala in eis (& secundet). i. faciat prosperos (casus nostros asperos). i. castigando nos pijssimè faciat secūdare (donet nobis gratiam gerendi). i. patiendi eosdem casus asperos.

Informet actus strenuos,
Dentem retundat inuidi,
Casus secundet asperos,
Donet gerendi gratiam.

ANTO. emendauit secundet: nam si legas fœcūdet, vt in hoc loco scriptū reperimus, cōtrarium esset ei, qd' petimus, sicut iam à principio annotatum est.

¶ Modò conuertit se ad fideles: quasi dicat: filius infundat in nobis iubar sancti Spiritus: & actus nostros dirigat & (gubernet mentem) id est animam nostram, (& regat) eam castam in fide catholica (fideli corpore) sanctæ Ecclesiæ, vt (fides nostra ferueat) id est ardeat (calore). i. charitatis vel amore Spiritus sancti (nesciat venena). i. hæreses (fraudis) id est diaboli.

Mentem gubernet & regat,
Casto fideli corpore.
Fides calore ferueat:
Fraudis venena nesciat.

¶ Vt mens sit nescia fraudis (Christus sit nobis cibus). i. prędicatio Dei: quæ reficiat nos, id est mentes nostras, vt cibus reficit corpus: & hac comestione. i. prædicatione habeamus potum, id est fidem. Fides est charitas prædicationis (q;) pro & Christus sit cibus cœlestis (& fides). s. catholica sit noster potus (læti). i. alacres, vel hilares (bibamus sobriam ebrietatem). i. temperatam. s. infusionem Spiritus sancti: vt nos seruet à peccato. Et ebrietas Spiritus est sobria. i. temperata & modesta: quia homines inflammat amore Dei: & seruat ab amore peccati: quia sicut ille, qui est ebrius obliuioni tradit omnia: nec recordatur: sic qui plenus est Spiritu sancto vel gratia Spiritus sancti: omnia mundana obliuiscitur.

Christusq; nobis sit cibus,
Potusq; noster sit fides,
Læti bibamus sobriam
Ebrietatem spiritus.

¶ Hic dies). i. præsens vita (læta trāseat) id est extermınetur (lætus dies) id est Christus aduenıat ad nos (& pudor) id est castitas sit (vt diluculū) id est vt aurora luceat.

ANTONIVS Nebris. (vt diluculùm. alludit potiùs ad auroræ colorem purpureum: qui pudorem & pudicitiam significat: cuius custos est pudor siue rubor: fides sit velut meridies: & ferueat amore Spiritus sancti sicut meridies feruet: & (mens crepusculum nesciat) id est peccatum: quia crepusculum est lucis, id est diei finis, & noctis principium.

Lætus dies hic transeat:
Pudor sit vt diluculum,
Fides sit vt meridies,
Crepusculum mens nesciat.

Aurora

Aurora cursus prouehit:
Aurora totus prodeat,
In patre totus filius:
Et totus in verbo pater.

¶ Aurora) id est pater (prouehit cursus) id est ducit filium suum ad sui superiora (aurora prodeat). i. manifestetur totus in substantia Deitatis: quia filius in substãtia Deitatis totus est in patre (& pater totus in verbo) id est in filio: quia totus vnus est Deus.

¶ Carmen est, quale illud. Primo dierum. Canitur feria tertia ad nocturnas horas per noctis tenebras. Petit à Christo: q est vera lux, vt ignorantiæ tenebras & somni desidiã à nobis discutiat.

COnsors paterni luminis,
Lux ipse lucis, & dies,
Noctem canendo rumpimus:
Assiste postulantibus.

¶ Materia huius hymni est resurrectio noctis: & sicut nos surgendo rumpimus noctem: ita Christus surgendo rupit mortẽ. i. vicit peccatum: vel sicut dies adueniens noctis vmbram effugat, sic adueniente vero lumine, scilicet Christo, ipse Christus vitiorũ, id est peccatorum tenebras effugauit: & totum mundum illuminauit. O Christe (cõsors). i. æqualis, vel conscius eius naturæ: quia est pater: quia vnum est nomen patris & filij & Spiritus sancti (paterni luminis) tu, inquam, Christe consors luminis (tu ipse lux). i. filius lucis. i. patris: & dies dierum, vel omnium luminum (rumpimus noctem). i. peccatum (canendo) id est laudando te. Et ideo (assiste postulantibus) te cum precibus.

Aufer tenebras mentium,
Fuga cateruas dæmonum,
Expelle somnolentiam,
Nè pigritantes obruat.

¶ Aufer tenebras) id est ignorantias mentium nostrarum (fuga cateruas dæmonum) id est turbas malignorũ spirituum (expelle somnolentiam) id est animæ pigritiam: nè illa somnolentia, id est peccatorum dormitio, vel negligentia (obruat) id est, præcipitet (pigritantes) id est in peccatis dormientes.

Sic Christe nobis omnibus
Indulgeas credentibus,
Vt prosit exorantibus,
Quod pręcinentes psallimus.

¶ Sic). i. taliter (ô Christe indulgeas) id est miserearis (omnibus credentibus nobis, vt quod præcinẽtes). i. laudantes (psallimus ore) scilicet & corde (prosit exorantibus) id est proficiat nobis deprecantibus.

¶ Carmen est, quale illud, Primo dierum. Canitur ad laudes matutinas feria. iij. Quia queãdmodũ gallus nos à somno excitat, ita & Christus à socordia, Deinde Christi misericordiam implorat. Hic hymnus est Prudentij Clemẽtis ex libro, qui ab illo inscribitur Cathemerinôn, id est per horas diei ad galli cantum.

ALes diei nuntius
Lucē propinquā pcinit,
Nos excitator mentium,
Iam Christus ad vitam vocat.

¶ Materia hui⁹ hymni est exhortatio Christi ad nos: vt surgamus à vitijs & adhæreamus virtutib⁹. pmittit exemplū alitis. i. galli. Sicut eñ galli cātus nos excitat vel vocat ad diē veniētē: sic Christus excitat mētes nr̄as & vocat nos per scripturas sacras ad opera virtuosa, prænuntiās q̄ in proximo est vēturus, eius verò aduētus tēporis ignorat̄. Vnde bene dicit̄: Surgite & vigilate, quia nescitis diē neq; horam &c. (Ales). i. gallus (nuntius diei præcinit). i. prædicit (lucē). i. diē nobis propinquā (Christus excitator mentiū) nostrarum (vocat nos ad vitam iam). i. iam ad se vocat nos.

Auferte clamat lectulos
Aegrotos sopore desides,
Castiq;, recti, ac sobrij,
Vigilate: iam sum proximus.

¶ Christus (clamat). i. vocat & pcipit nobis dicēs (auferte). i. relinquite lectulos, dicēs (ô desides). i. pigri relinqte (lectulos ægros). i. carnalitatē vel corda vr̄a (sopore). i. pctō irretitam, aut insequētes libidinem. Et vigilate (casti) nō petulātes (recti) nō tortuosi (sobrij) nō ebrij. Et bene debetis facere hoc: quia ego (Christus iam pximus sum) vobis. Vel secundū aliam literam. O (casti) anima & corpore: & ô (recti) verbo & opere (sobrij). i. temperati cibo & potu: vigilate: iam sum proximus.

Iēsum ciamus vocibus
Flentes precantes sobriè,
Intenta supplicatio
Dormire cor mundum vetat.

¶ Et quia Christus est proxim⁹ ô fratres (ciam⁹). i. vocem⁹ (Iesum) vos dico (flētes pcantes). i. cū fletu rogātes illū (sobriè). i. cū sobrietate sine oī fœditate (intēta supplicatio). i. assidua deprecatio (vetat cor mundū dormire) i. in aliquo mortali pctō manêre.

Tu Christe somnum discute,
Tu rumpe noctis vincula,
Tu solue peccatum vetus,
Nouumq; lumen ingere.

¶ O tu Christe (discute). i. dissipa, vel (discute). i. diuide (somnū). i. peccatū vel diabolū, nè decipat (& tu rūpe) discutiendo (vincula noctis). i. diaboli vel pœnas inferni quæ dicuntur nox: vt nos non decipiant (tu solue peccatum vetus). i. originale (& ingere). i. immitte (nouū lumē). i. Spiritū sanctū q dicit̄ nouus: quia eijciendo à nobis vetera pctā, nos renouat lumine gratiæ.

¶ Carmen est, quale illud, Primo dierum. Canitur ad horas vespertinas feria tertia. Quo die, quia terra protulit herbā virentem, petit nostra peccata gratiæ vigore mundari.

TElluris ingens Conditor,
Mundi solum qui eruens
(Pulsis aquæ molestijs)
Terram dedisti immobilem:

¶ Materia huius hymni est depcatio, quā facimus, ad Deū: vt sicut De⁹ pr̄ fecit cœlū & terrā, & diuisit superiora ab inferiorib⁹, ita sua pietate nr̄a pctā dimittat: & sicut dedit terrā immobilē, vt faceret fructum gratum: ita faciat membra accepta bilia ad fructificandum sibi. (O ingens Cōditor telluris). i. totius orbis (qui eruens). i. diuidēs (solū mundi ab aquis) s. inferioribus & à superioribus (atq;) pro &, dedisti terram immo-

immobilẽ,& hoc (pulsis molestijs).i.elemẽtis q̃ valde molesta erãt,dum inter se essent cõfusa.i.simul mixta. ANTO. Pulsis aquę molestijs,nõ propulsis atq; molestijs, vt mendosè hucusque legebatur,quod iam superiùs adnotatum est.

Vt germen aptum proferens,
Fuluis decora floribus,
Fœcunda fructu sisteret,
Pastumq́; gratum redderet.
Mentis perustæ vulnera,
Munda vigoris gratia,
Vt facta fletu diluat,
Motusq́; prauos atterat.
Iussis tuis obtemperet,
Nullis malis approximet,
Bonis replêri gaudeat,
Et mortis actum nesciat.

¶ Vt illa terra.s.(pferẽs).i. producẽs (germẽ aptũ).i.cõgruũ hoĩbus (sisteret).i.permaneret(fœcunda).i.abundans & fertilis (fructu).s.acceptabili. Illa dico (decora).i. speciosa (fuluis floribus).i.rubeis & albis(q́;) pro & (redderet gratũ pastum).i.cibũ acceptabilẽ tam hominibus q̃ pecudibus. ¶ O Christe (munda).i.purga (vulnera perustæ mẽtis).i.pc̃tã vel flãmas aĩæ peccatricis,& hoc(gr̃a vigoris).i. Spũs sancti(vt diluat facta).i.emẽdet pc̃tã commissa(fletu).i. gemitu,(q́;) pro &(atterat).i.auertat (prauos motus).i.refrenet nr̃os prauos actus. ¶ Et mẽs illuminata(obtẽperet iussis tuis).i.obediat mandatis tuis (& approximet).i.non accedat vel appropinquet(malis vllis)scilicet operibus: sed gaudeat implêri bonis operibus(& nesciat actum mortis)id est non cognoscat mortale peccatum,vel pœnas inferni.

¶ Carmẽ est,quale illud,Primo dierum. Canitur ad horas nocturnas feria.iiij.Surgentibus per noctis somnum ad confitendum Christo,petit peccatorum condonationem.

Rerum Creator optime,
Rectorq́; noster aspice,
Nos à quiete noxia
Mersos sopore libera.

¶ Materia hui⁹ hymni est inuocatio ad Deũ:vt dignet̃ criminib⁹ nr̃is ignoscere:vt sicut surgim⁹ de lecto & rũpimus noctẽ:sic Christus rũpat pc̃tã (O optime creator oĩm rerũ & rector nr̃ aspice nos).i.libera nos(à quiete noxia)quia q̃ carnẽ oblectãt noxia sunt sanctæ animæ:nos dico(libera).i.redime(mersos).i.obrutos (sopore).i.peccato.

Te sancte Christe poscimus,
Ignosce tu criminibus,
Ad confitendum surgimus,
Morasq́; noctis rumpimus,
Mentes manusq́; tollimus,
Prophetam sicut nouimus,
Nobis gerendum præcipit,
Paulusq́; gestis censuit.

¶ Ideo (poscimus).i. dep̃camur te: ô (sancte Christe ignosce).i. parce culpis oĩbus.l.(ignosce criminibus) nr̃is oĩb⁹(surgim⁹) de virtute in virtutẽ.s. cõfitẽdo pc̃tã (& rũpimus moras).i. impedimenta(noctis).i.diaboli. ¶ Tollim⁹).i. subleuamus (mentes) i.cogitationes(& manus).i. operationes(sicut nouimus p̃phetã).s.Dauid (qui p̃cipit).i.iubet(nobis gerẽdum) id est faciendum dicens: Media nocte &c. (Et Paulus censuit)id est scripturis suis indicauit dicens: Hora est nos iam de somno surgere (gestis) id est factis.

¶ O Deus.

¶ O Deus (vides malum quod gesſimus).i.fecimus:& ideo(pādimus occulta noſtra).i.peccata.ſ. per confesſionem(gemētes).i.ſuſpirātes fundimus tibi preces,& ideo(dimitte).i.dona (quod peccauimus).i. deliquim⁹.

Vides malum, quod gesſimus,
Occulta noſtra pandimus,
Preces gementes fundimus,
Dimitte, quod peccauimus.

¶ Carmen eſt, quale illud,Primo dierum . Canitur ad laudes matutinas feria quarta.Hymnus eſt Prudentij ex libro qui Cathemerinôn inſcribitur.

¶ O nox;).i. diabole &c. Nox aliqñ accipiť pro ira,pro tēpore, pro diabolo,& pro obſcuritate,& ideo(ô tenebræ).i. ô peccata (& nubila).i.diſcordiæ hæreticorū(& turbida mundi).i. turbationes & ſeditiones (confuſa).i. permixta(diſcedite).i.recedite:quia ſicut nox diem:ſic peccata iuſtitiam: & diabolus Chriſtum fugit.Recedite, inquam,& bene debetis:quia(Chriſtus exiſtēs lux intrat)mentes fideliū(polus).i.corpus(albeſcit).i. niteſcit bonis operibus, quid dicam per ſingula?(Chriſtus venit).ſ.in corda noſtra.

NOx,tenebræ,& nubila,
Cōfuſa mūdi & turbida
Lux intrat,albeſcit polus,
Chriſtus venit,diſcedite.

¶ Caligo terrę).i. obſcuritas noſtra (ſcindiť).i.diuiditur,vel ſecreta hæreticorum: caligo dico (percuſſa ſpiculo Solis)aſpectu Chriſti.i.diuino verbo, &(color).i. vigor Spiritus ſancti qui receſsit propter præſentiam tenebrarum (iam redit)animabus noſtris (vultu nitentis ſyderis)id eſt ſplendore Spiritus ſancti,qui eſt verus Sol.

Caligo terræ ſcinditur
Percuſſa Solis ſpiculo,
Rebusque iam color redit
Vultu nitentis ſyderis.

ANTO. emendat etiam,color pro calor,vt pleriquc omnes codices habēt, vt ſuperiùs in præfata præfatione dictum eſt.

¶ O Chriſte nouimus te ſolū) Redēptorē & illuminatorē (te)& non aliū (pura mente & ſimplici).i.ſine hypocriſi (quæſumus flendo) peccata (& canendo)id eſt laudando te (intēde) id eſt præbe aſſenſum,(noſtris precibus)id eſt intentionibus.

Te Chriſte ſolùm nouimus,
Te mente pura & ſimplici
Flendo & canendo,quęſum⁹,
Intende noſtris ſenſibus.

¶ Multa).i.multæ virtutes (ſunt illita nobis).i.iūcta.l.vncta(fucis).i. falſis coloribus.Fucus diciť falſus color, qui mixtus inter veros colores obfuſcat eos:quæ omninò(purgentur tua luce).i.tuo ſplendore,bene dico tua luce: quia ô tu Chriſte es lux(eôi ſyderis)id eſt Orientalis,ſcilicet patris:& ideo(illumina nos ſereno vultu)id eſt claritate Spiritus ſancti.

Sunt multa fucis illita,
Quæ luce purgentur tua,
Tu lux eôi ſyderis
Vultu ſereno illumina.

¶ Carmen

¶ Carmen est, quale illud, Primo dierum. Canitur ad horas vespertinas quarta feria, in qua Sol & Luna creati sunt. Itâq; illorum officia commemorat: petitque cor nostrum illustrari.

COeli Deus sanctissime,
Qui lucidũ centrum poli
Candore pingis igneo,
Augens decoro lumine,

¶ Materia hui⁹ hymni est laus: quam consona voce.s. corde & opere tenemur Deo persoluere: ideo.s. quia ad vtilitatem nrĩ oĩa cõstruxit & fecit vt cœlum & terram & multa alia. Primò fecit cœlũ & terrã: postea mare: quarta die Solẽ & Lunã &c. Itẽ vt ad brauiũ suæ remunerationis nobis pateat accessus præterita & præsentia dimittẽdo peccata: nos ad sui amorẽ faciat peruenire. (O sanctissime Deus cœli q pingis).i. decoras (lucidũ poli centrũ).i. spatium, vel punctum poli, vel zodiacũ per quẽ signa decurrunt: zodiõ animal interpretatur: centrum est medietas sphæræ. hic posuit centrum pro cœlo.i. partem pro toto (igneo candore) id est splendore, tu dico (augens decoro lumine) id est claritate, scilicet centrum poli cum pictura.s. claritate stellarum.

Quarto die qui flammeam
Solis rotam constituens,
Lunæ ministrans ordinem,
Vagosque cursus syderum.

¶ Tu qui cõstituẽs rotis solis flãmeã) i. ardentẽ quarto die. Notandũ est ꝙ per quatuor dies mũdus sine sole permansit. Prima die facta est angelica creatura. Secũda die cœlũ & aër. Tertia die terra & aqua. Quarta die Sol & Luna. Quinta die pisces & aues. Sexta die animalia & homines. (Et tu es ministrans).i. tribuẽs ordinẽ Lunæ (& vagos).i. varios (syderum cursus).i. stellarum motus: quia nõ currũt cursu eodẽ semper stellæ: vel quantũ ad planetas est vagus cursus. Alius est enim cursus Lunæ: alius cursus Solis: alius syderum.

Vt noctibus vel lumini
Directionis terminum
Primordijs, vt mensium
Signum daret notissimum.

¶ Et q̃re? vt Luna daret (terminũ directionis).i. separatiõis vel diuisionis (noctib⁹, vel etiã lumini diei (vt daret notissimũ signũ primordijs).i. pricipijs mensiũ: quia mensis habet triginta dies: paulo plus vel minus.

Illumina cor hominum,
Absterge sordes mentium.
Resolue culpæ vinculum,
Euerte moles criminum.

¶ Et quia tu fecisti hæc omnia: illumina cor hominum: & (absterge sordes) id est prauas cogitationes mentium nostrarũ: (resolue culpæ vinculum: euerte moles criminum) id est magnitudines peccatorum.

¶ Carmen est, quale illud, Primo dierum. Canitur ad horas nocturnas feria quinta. Petimus à Christo per noctis tenebras, vt animali caligine excussa, lumen gratiæ nobis infundat.

¶ Materia

¶ Materia huius hymni est rogare Deũ, vt ipse caliginẽ mentis ac corporis à nobis expellat. Rogamus etiã in hoc clemẽtiã Dei, vt nos defendat ab hoste antiquo, & expellat intrinsecam obscuritatem.i.mentis & corporis caliginem, & sui luminis claritatẽ concedat. (Atra nox).i.diabolus vel peccatum (contegit).i.obtenebrat (colores omnium rerum terræ) quia noctis obscuritas omnia contegit, & colores herbarum & cæterarum rerum in suis profundis tenebris obducit & sepelit.

NOx atra rerum contegit,
Terræ colores omnium:
Nos confitentes poscimus
Te iuste iudex cordium.

ANTONIVS. Colores legit nõ calores: nã ratio carminis, sensus, & mens ipsa autoris repugnãt. Sed cùm hoc sit nunc, ꝙ lucẽ syderis habeamus in mẽte & in medijs noctib⁹.i.qñ mũdus sedet in tenebris: & plus semper crescunt incẽdia carnis: surgamus cõfitentes Deũ.s.iudicẽ cordiũ nostrorũ. Et rogemus iudicẽ vt auferat à nobis caliginẽ peccatorũ, & det nobis suæ gratiæ dulcedinem. Et ideo cũ (nox atra cõtegit).i.tenebrosos reddit (colores) oĩm rerũ terræ (nos confitentes) tibi peccata nr̃a (poscimus te).i.poscimus ea quæ sunt vitæ. s.misericordiã: te dico (o iuste iudex cordium) id est animarum nostrarum: & quare? vt,

¶ Tu auferas piacula).i. grauia peccata (& abluas mentis sordes) id est suggestiones diabolicas quæ pungunt nos, & (o Christe dones gratiam) scilicet sancti Spiritus (vt crimina arceantur) id expellantur.

Tu auferas piacula:
Sordesq; mentis abluas,
Donesq; Christe gratiam:
Vt arceantur crimina.

¶ Dico ꝙ expellantˋ crimina & quare? (quia ecce mẽs impia).i. peccatrix (torpet).i.pigrescit (ꝗ.s.mentẽ culpa noxia).i.mala (mordet).i.ligatam tenet, & mens (gestit). i. cupit (tollere) i.depellere à se (obscura).i.peccata: & gestit te quærere ô Redemptor.

Mens ecce torpet impia,
Quam culpa mordet noxia:
Obscura gestit tollere,
Et te Redemptor quærere.

¶ Et quia gestit te (repelle intrinsecus).i.ex aĩa (caliginem).i. cæcitatem peccati (quã maximè).i. multùm, vt illa mens (gaudeat se collocari in beato lumine).i. in æterna beatitudine.

Repelle tu caliginem
Intrinsecùs quàm maximè,
Vt in beato gaudeat
Se collocari lumine.

¶ Carmen est, quale illud, Primo dierum. Canitur ad laudes matutinas feria quinta, veniente luce. Petit à nobis abigi tenebras peccatorum: cùm maximè habeamus iudicem cuncta cernentem.

¶ Iste hymnus continuatur cum superiori hymno, sed intentio versus est hæc.s. nè oculi peccẽt. Nox vsque modo texit colores terræ: sed modò discedit, quia (ecce lux aurea) id est

LVx ecce surgit aurea:
Pallens fathiscat cæcitas,
Quæ nosmet in præceps diu
Errore traxit deuio.

cum-

euangelica prædicatio(surgit)in corda nr̄a,& ideo(omnis cęcitas pallens),i,diabolus(fatiscat).i.euanescat, quia cæcitas (traxit).i. duxit (nosmetipsos in præceps).i. in ruinam vel in præcipitium(diu).i.multùm (deuio errore.

Hæc lux serenum conferat:
Purosq; nos præstet sibi,
Nihil loquamur subdolum,
Voluamus obscurum nihil.

¶Ex Prudentio in lib. Cathemeri. nō dixit, quòd lux surrexit, & ideo (Hæc conferat nobis serenū).i.virtutē Spiritus sancti. & (præstet nos puros). i. donet nobis puritatē animæ (sibi).i. ad honorem suum, & hoc sic (vt nihil loquamur subdolum) id est deceptiuùm(& nihil voluamus obscurū) id est nullum cogitèmus peccatum.

Sic tota decurrat dies:
Nec lingua mēdax, nec man⁹,
Oculi nè peccent lubrici:
Nec noxa corpus inquinet.
Speculator astat desuper:
Qui nos diebus omnibus
Actusq; nostros prospicit
A luce prima in vesperum.

¶Tota die).i.totū tēpus vitæ nostræ (decurrat sic) vt nō loquēdo subdolū (nec lingua mēdax sit).i.nè dicat mēdaciū(nec man⁹ peccēt).i. nō faciāt, aut operētur aliquid mali.(nec oculi lubrici peccēt).i.vidēdo & cōcupiscēdo illicita (nec noxa).i.culpa (inquinet).i.non polluat corpus nostrum. ¶Et nolite peccare:quia(speculator) i.Dn̄s (astat).i. prospicit (desuper).i. de cœlo (qui nos omnibus diebus)i. quotidie, & (actus nostros prospicit).i.videt & considerat (à prima luce) id est à natiuitate(in vesperum).i.vsque in noctem: hoc est mortem.

¶Carmē est, quale illud, Primo dierū. Canitur ad horas vespertinas feria. v. Quo die, quia ex aqua pisces & aues creata sunt, petit vt non deprimamur peccato, nec extollamur superbia.

MAgne Deus potentiæ:
Qui ex aquis ortū gen⁹
Partim remittis gurgiti,
Partim leuas in aëra:

¶In hoc hymno cōtinet̄ quid Deus fecit in quinto die.s.creauit pisces & aues ex aqua, & ipsorū q̄ ex aqua fecit, partim immisit gurgiti vt pisces, partim leuauit in aëra: vt aues. Creauit quoq; cæte grādia: benedixitq; eis dicēs: Crescite & multiplicamini & replete aquas maris, auesq; multiplicent̄ super terrā. Pisces & aues de aqua sunt orti, sed aues nō comedunt̄ in omni tēpore, vt pisces: qd' ideo fit, quia aues per coitū generātur, vt nos generamur, quod nō est piscib⁹, quia sunt calidioris naturæ. Intendit etiā autor rogare Deū, vt nos qui sumus abluti sacro baptismate, sic seruet, vt nesciamus lapsus criminū, & vt mala culpa, nō deprimat nos.i.criminalia peccata(O Deus magnæ potētiæ qui remittis genus).i.pisces & aues, genus dico (ortum ex aquis).i.ex aqua baptismatis(partim gurgiti).i.in mari.in inferno, vt pisces.i.males homines(& leuas partim in aëra(vt aues).i. bonos homines, quasi dicat: Sicut in aëre aues collocasti, ita in cœlo homines vel sanctos.

¶Tu

¶ Tu dico (imprimens). i. submergēs (dimersa). i. deorsum mersa: vt pisces id est malos homines (lymphis). i. aquis infernalib⁹ (& irrogans). i. sublenans (subuecta). i. sursum vecta: vt aues. i. puros homines (prodita). i. orta (vna stirpe). i. vno baptismate renati (rapiant). i. accipiāt (diuersa loca) vt aëra: & aquam: id est vitam æternam, & æternam damnationem.

Dimersa lymphis imprimens,
Subuecta cœlis ignorans,
Vt stirpe vna prodita,
Dimersa rapiant loca.

¶ Et tu qui omnia fecisti (largire). i. tribue hoc. s. (nescire lapsus criminū) i. casum illu: q ī baptismo dimissus est (cūctis seruulis) tuis (quos vnda sanguinis). s. tui (mūdat) à pcto (nec) pro & nō (ferre). i. portare vel habêre (tædium mortis). i. pœnam diaboli.

Largire cunctis seruulis,
Quos mūdat vnda sanguinis,
Nescire lapsus criminum,
Nec ferre mortis tædium.

¶ Ad hoc largire (vt culpa). i. graue peccatum (nō deprimat). i. aggrauet vllū Christianū (& iactātia). i. superbia de bonis (nō leuet). i. nō extollat vllū (& mēs elisa). i. percussa vel vulnerata à vitijs (nè cōcidat). i. non incidat in desperationem (nè) pro & non (elata mens). i. inflata per superbiam (corruat) scilicet in infernum.

Vt culpa nullum deprimat,
Nullum leuet iactantia,
Elisa mens nè concidat,
Elata mens nè corruat.

¶ Carmē est, quale illud, Primo dierū. Canitur ad horas nocturnas feria sexta, Petit à Deo medicinā peccatorū iam p̄teritorum: & antidotū quo præmuniamur ab instātibus peccatis.

¶ In hoc hymno nos hortaī autor de somno surgere: & medelā vitiorū quęrere. Intēdit etiā in hoc hymno ipsam Trinitatem laudare & inuocare, per quē mundus regiī, vt impleat nos suo lumine: vt quicquid peccauimus fraude dæmonū, ipse Christus abstergat cœlitus. (O tu vnitas). i. o tu sancte Spiritus q procedis à Pře & Filio (Trinitatis) vn⁹ Deus in Trinitate (qui regis). i. qui gubernas (potenter). i. potētia tua (orbē). i. mundū (intende). i. respice, vel ausculta (laudū cantica). i. carmina hymnorum nostrorum, quæ cātica (excubantes). i. vigilātes. (psallimus) id est cantamus.

TV Trinitatis vnitas,
Orbem potēter qui regis,
Attende laudum cantica:
Quæ excubantes psallimus.

¶ Nam consurgimus omnes lectulo) i. desidia. Lectulus diciī ab electis & mollib⁹ herbis, sup quas antiq requiescebāt (qeto tpe). i. in horis noctis: & ad quid? (vt flagitem⁹). i. imploremus (à te medelā oīm vulnerū). i. indulgentiam omniū peccatorū nrorū.

Nam lectulo consurgimus
Noctis quieto tempore,
Vt flagitemus vulnerum
A te medelam omnium.

¶ Quo

Quò fraude quicquid dæmonũ
In noctibus deliquimus,
Abstergat illud cœlitùs
Tuæ potestas gloriæ.

Nec corpus adsit sordidum,
Nec torpor instet cordium,
Nec criminis contagio
Tepescat ardor spiritus.

¶ Quò) pro vt,& vt (potestas gloriæ tuæ).i. tuæ laudis (abstergat).i. abluat (cœlitùs).i. diuinitꝰ (illud).s. peccatum,& (quicquid).s. vitiorũ.i. peccatorum (deliquimus).i. fraude vel deceptiõe dæmonũ peccauimus (in noctibus).i. in tenebris vitiorum.

¶ Nec) pro & non (nr̃m corpus adsit sordidum).i. pollutum vel fœtidum (nec torpor) id est pigritia vel malitia (cordium) nrorum.s. (instet).s. nobis &(ardor Spiritus).i. amor vel gratia Spiritus sancti (nec tepescat).i. nõ deficiat in nobis (cõtagio).i. propter maculã, vel inquinatiõe (criminis).i. peccati.

Ob hoc redẽptor, quæsumus,
Reple tuo nos lumine,
Per quod dierum circulis
Nullis ruamur actibus.

¶ Vt amor tuæ grę nõ deficiat in nobis (ob hoc).i. propter hoc, o Redemptor (q̃sumus).s. te (reple nos tuo lumine).i. splendore: per quod lumen (nõ ruamur vllis actibus).i. non cadamus vllis peccatis (circulis dierum).i. in reuolutionibus dierum.

¶ Carmen est, quale illud, Primo dierum. Canitur ad laudes matutinas feria.vj. Quia iã lux Solis aduẽtat, petit vt illustremur diuina luce, quo permaneamus in spe, fide, & charitate.

AEterna cœli gloria,
Beata spes mortalium,
Celsi tonantis vnice,
Castæq; proles Virginis.

¶ Materia huiꝰ hymni est inuocatio ad Christũ filiũ beatę Marię virginis, vt dignet̃ nobis suã mĩam tribuere & dexterã porrigere, vt mereamur corroboratiõnẽ fidei, spei, & charitatis obtinẽre. (O Christe tu dico: æterna gloria cœli).i. angelorũ, vel qa pr̃ p te glorificat̃, & (ò beata spes mortaliũ).i. Chr̃ianorũ, & ò (vnice celsi tonãtis).i. cœlestis pr̃is secũdũ diuinitatẽ, & (ò proles).i. fili (castę Virginis) secũdũ humanitatem.

Da dexteram surgentibus,
Exurgat & mens sobria,
Flagransq; in laudem Dei
Grates rependat debitas.

¶ Da dexteram) id est auxilium tuũ nobis surgentibus à vitijs, & ita mens nostra (sobria) id est abstinens (exurgat).s. ad laudem tuam (q̃;) pro &, illa (flragãs) id est ardens (in laudem).s. commemorationem Dei (rependat) i. persoluat (debitas grates).s. in hymnis & canticis Deo omnipotenti.

Ortus refulget lucifer,
Sparsamq; lucem nuntiat,
Cadit caligo noctium,
Lux sancta nos illuminet.

¶ Lucifer).s. stella matutina.i. Christus natus (refulget, & nũtiat mundo lucẽ sparsam).i. natam & vndique dispersam: & verè nuntiat, quia (caligo noctium) id est obscuritas diaboli

(cadit).i.recedit,&ideo(lux sancta).i.Christus,qui est lux sanctificata(nos illuminet)lumine Spiritus sancti,& sanctificet nos:& saluet nos.

Manensq; nostris sensibus
Noctem repellat sæculi,
Omniq; fine diei
Purgata seruet pectora.

¶ Et ipsa lux manẽs).i.permanẽs(in nr̃is sensibus).i.in nobis: q habemus quinq; sensus corporis(repellat à nobis noctẽ).i.diabolũ (sęculi huius).i. mundi, & illa lux (seruet pectora nostra) purgata à vitijs (omni fine diei) id est omni tempore vitæ nostræ.

Quæsita iam primùm fides,
Radicet altis sensibus,
Secunda spes congaudeat,
Qua maior extat charitas.

¶ Fides qsita) à nobis.s.in baptismo (iam primũ).i.citò.ideo dicit primũ: quia fides prima cognominatur inter virtutes,in illo loco, vbi dicit: Fides, spes &c.(radicet)id est ponat radices (sensibus nr̃is altis).i.profundis(secũda spes).i. ꝓspera, per quã spem speramus vitam(congaudeat).i.simul lætetur,& crescat(qua)scilicet spe & etiã fide(charitas extat maior)iuxta illud Apostoli:Maior autem horum est charitas.

¶ Carmen est,quale illud,Primo dierum.Canitur ad horas vespertinas feria. vj. Quo die,quia bestiæ & reptilia cum homine creata sunt propter hominem,purgari à peccato,& donari æternis præmijs,petit.

Plasmator hominis Deus:
Qui cũcta solus ordinans,
Humum iubes producere,
Reptantis,& feræ genus.

¶ In hoc hymno cognoscit illud, qd' fecit Deus in sexta die, creatis siquidẽ oĩbus reptilibus.s.piscibus, auibus, & alijs bestijs, sexta die formauit Deus Adã:& ꝑfecit cũ oĩbus animalibus, dicẽs:Crescite & multiplicamini, & replete terrã:& dñamini piscib⁹ maris,& volatilibus cœli,& vniuersis,q viuũt sup terra.Posuitq; eũ in paradiso delitiarum,vt operaret̃,& custodiret illũ.Intẽdit itáq; autor rogare Deũ: vt sicut fecit hominẽ superiorẽ cũctis animãtibus,sic faciat,vt nõ sit inferior animalibus propter peccata sua.Quæritur cur Deus hoĩes creauit:quos malos futuros ꝑsciebat: quia sicut præuidit,quid mali essent facturi:sic etiam præuidebat de malis factis eorũ, quid boni ipse facturus esset, vel quid boni homines essent facturi.O Deus plasmator)id est creator(hominis).s.Adæ (qui solus ordinans cuncta).i. disponẽs (iubes producere).i.procreare pmittis(humũ).i.terrã,vel(humũ).i.Ecclesiã.s. bonos & malos homines.Ecclesia est congregatio fidelium (genus reptantis) vt serpentum(& ferę).i.bestiarum.

Qui magna rerum corpora
Dictu iubentis viuida,
Vt seruiant per ordinem,
Subdens dedisti homini.

¶ Et ô tu Deus, qui fecisti (dictu iubentis).i.verbo tuo præcipientis(magna corpora)id est iumẽta,pecora,bestias oĩm specierum diuersarum (viuida).i.aĩata(& subdens).i.supponens

illa animalia (dedisti homini, vt seruiāt per ordinē).i.vt omnia aīalia supposita sint homini: qdā vt homines illa ederēt.s.boues, oues, lepores, & porcos: & alia: & alia, vt illis vterentur, & illa equitarent, vt equos vt mulos, & sic de cæteris.

Repelle à seruis tuis
Quicquid per immunditiam,
Aut moribus se suggerit,
Aut actibus se interserit.

¶Et ô Deus (repelle à seruis tuis quicquid suggerit).i.infert se (per immunditiā).i.per aliquā superfluitatē: culpā vel turpitudinē, vel per sordidā comestionem (aut moribus).i.per prauam consuetudinem, vt cùm aliquis, postq̄ incepit peccare, nequit abstinere: sed vult semper perseuerare (aut interserit se) id est miscet se (actibus) id est operationibus.s.cùm mala facimus.

Da gaudiorum præmia,
Da gratiarum munera,
Dissolue litis vincula,
Astringe pacis fœdera.

¶Da prēmia).i.remunerationes gaudiorū ēternorū (da munera grārū).i. dona Spiritus sancti (dissolue vincula litis).i.dissidia, vel disrūpe peccata odij (astringe).i.coniūge (fœdera pacis) id est contubernia superna pacis.

¶Carmē est, quale illud, Primo dierū. Canitur ad horas nocturnas die sabbatho surgentibus nocte ad cātandū. Petit (vt ardentes igne Spiritus sancti) vitam æternam mereamur.

SVmmæ Deus clementiæ,
Mundiq; factor machinæ,
Vnus potentialiter,
Trinusq; personaliter,

¶Materia hui⁹ hymni est cognitionē habēre Trinitatis in vnitate, & vnitatis in Trinitate. Intēdit etiā autor rogare Deū, vt cingat lūbos nr̄os cingulo castitatis (& adurat).i.inflāmet vel repleat corda nostra igne Spiritus sancti, vt casto corpore & mundo Deo seruire mereamur (O Deus clementiæ).i.altę pietatis, & (o factor).i.compositor (machinæ).i.structuræ mundi, tu dico (vnus potentialiter).i.in potentia secundùm diuinitatem, & (trinus personaliter) id est trinus in personis.

Nostros pius cum canticis
Fletus benignè suscipe,
Quò corde puro sordibus
Te perfruamur largiùs.

¶Et tu pi⁹) noīatiu⁹ ꝑ vocatiuo, suscipe benignè (nr̄os fletus).i. lachrymas (cū cāticis).i.cū hymnis vel laudibus (quo) pro vt (fruamur te largiùs).i. amplius: & hoc (corde puro) id est mūdo (sordibus) id est à vitijs.

Lumbos iecurq; morbidum
Adure igne congruo,
Accincti vt sint perpetim
Luxu remoto pessimo.

¶Adure).i.accēde (igne cōgruo).i. Spū sancto (lūbos nr̄os: & iecur).i. hepar (morbidū) ad morbū & peccatum inclinatū. Et nōtā q̄ hæc tria iecur, cerebrum, & lūbi, cogūt hoīem peccare (vt sint accincti).i.lūbi sint casti cōtra libidinem (perpetim).i.semper (remoto pessimo luxu).i.in quo luxu remota sit pessima luxuria: & alia vitia sint procul.

Vt quiq; horas noctium
Nunc concinēdo rumpimus
Donis beatæ patriæ
Ditemur omnes affatim.

¶ Vt quiq,).i.quicūq, (concinendo) i.psallēdo(rumpimus).i.dum vigilamus.s.diuidimus horas noctium (oēs ditemur).i. diuites efficiamur (affatim).i.abundanter(beatę donis prīę) i.beatitudine.s.patriæ cœlestis.

¶Carmen est, quale illud, Primo dierū. Canitur ad laudes matutinas die sabbatho facta mētione lucis aduētātis. Petit illustrari diuina luce, vt fruamur cognitione Dei post mortem.

AVrora iam spargit polum,
Terris dies illabitur,
Lucis resultat spiculum,
Discedat omne lubricum.

¶ Hymn' iste continuat̄ superiori: ita nos rumpimus horas noctium, vt nos oēs ditemur.i. diuites simus in Christo: & (ecce aurora).i. Christus (iam spargit polum).i.illuminat corda hominū. Hortat̄ etiā nos, vt taliter nos habeam' in hoc sęculo vel in mane, vt ad illud vltimū mane venire possimus, & audire mereamur.s. Venite benedicti p̄ris mei &c. Nā finito mūdi termino, peccatores ꝑpetuæ tenebris obscuritatis tradētur. Fidelib' verò & iustis, qui in hac vita non sunt in nocte, sed in luce: gloria & præmium effluet.i.abūdanter clarescet, & hoc est quod precamur. (Aurora).i. Christus(spargit polum).i.illuminat mētes vel Ecclesiam: & (dies illabitur).i. immergitur terris, & (spiculum).i.pulchritudo vel aspectus (lucis).i. claritatis, resultat, & ideo(omne lubricum).i.omne peccatum(discedat).s.à nobis.

Phantasma noctis decidat,
Mentis reatus subruat,
Quicquid tenebris horridum
Nox attulit culpæ, cadat.

¶ Phātasma).i.phātasia vel deceptio (noctis).i. diaboli (decidat). i. cadat vel ruat (reatus) id est culpa mentis (subruat).i.cadat à nobis (& quicqd horridum).i.deforme culpę (nox).i. diabolus.l.nocturna cogitatio (attulit).s.nobis(ī tenebris cadat) à nobis.

Vt mane illud vltimum,
Quod præstolamur cernui,
In lucem nobis effluat:
Dum hæc canore concrepat.

¶Vt mane illud vltimū).i. iudicium futurū vel claritas.i. aduentus Christi, qd' mane(cernui).i.inclinati(præstolamur).i. speramus vel spectamus (effluat) id est eueniat nobis in lucē (dum hæc).i.nox (concrepat).i.resonat(canore)id est cantu vel laude.

¶ Carmen est, quale illud, Primo dierum. Canitur ad horas vespertinās die sabbatho: quia iam Sol tendit ad occasum, Petit diuino lumine illustrari: hortaturq; Deum omni tempore laudare.

O lux

O Lux beata Trinitas,
Et principalis vnitas,
Iam Sol recedit igneus,
Infunde lumen cordibus.

¶ In hoc hymno materia sumitur circa qualitatē tēporis die recedente, & nocte adueniente. Intendit inuocare trinum Deū in personis, & Trinitatē in vnitate, vt fundat in cordibus nostris lumen Spiritus sancti: vt supplices laudare mereamur Deū. s. in psperis & in aduersis, & ita cōcedat nobis trāsire diē & noctem sine peccato, & sine impedimento Sathanæ: & hoc est (O beata Trinitas). i. ó Deus, (lux). s. hominum vel mundi, vel angelorum, & (vnitas principalis). i. qui habet principatum super angelos, (Sol). i. Christus igneus recedit à nobis iam, & ideo (infunde lumē) id est Spiritum sanctum (cordibus nostris) id est in nostris sensibus, vt illud habêre mereamur.

Te mane laudum carmine,
Te deprecemur vesperi,
Te nostra supplex gloria
Per cuncta laudet sæcula.

¶ Dico infunde Spiritū sanctū, vt dep̄cemur te, vt adiuues nos in principio vel (mane). i. tēpore matutino (laudū carmine) sero, mane, meridie, & tota die debemus laudare Deum, & orare per singulas horas. s. cotidie & in oīb⁹ horis, & in omni tēpore. Vnde ait Propheta: Vespere & mane, meridie &c. (te deprecemur vesperi). i. in fine mundi (nostra supplex). i. humilis (gloria laudet te per cuncta sæcula). i. per omnia sæcula, & hoc perpetuè, id est sine fine.

¶ Carmen est dimetrum Iambicum magna ex parte cacometrum. Canitur aduentus tempore: itaq; & incarnationis Christi & vtriusque Aduentus illius mentionem facit.

C Onditor alme syderum,
Aeterna lux credentium,
Christe redemptor omnium,
Exaudi preces supplicum.

¶ Materia huius hymni est de aduentu Christi, & de incarnatione eiusdē: quia Deus descēdēs de cœlo se exinaniuit formā serui accipiēs: & humiliauit se vsq; ad mortem, & qualiter egressus est de honestissima clausula Virginis: tanq̄ spōsus de thalamo suo: cui spōte oīa obediunt. s. cœlestia, terrestria & infernalia. Intēdit etiā rogare Deū, vt per hāc incarnationē nr̄as preces exaudire dignetur, & à sagitta diaboli liberare. O (Cōditor alme) qui es cōpositor (syderū). i. stellarū, ó (æterna lux credētium). i. Christianorū fideliū, o (Christe Redemptor oīm) hoim. s. (exaudi p̄ces supplicū). i. humilium tibi supplicantium.

Qui condolens interitu
Mortis perire sæculum,
Saluasti mundum languidū,
Donans reis remedium.

¶ (Qui cōdolēs). i. nobiscū dolens vel cōpatiens (sæculum). i. sęculare (perire interitu mortis). i. pœna infernali (saluasti) id est liberasti de potestate diaboli (mundum languidum) id est languentem in peccatis (donas remedium). i. redemptionem tui sanguinis (reis). i. peccatoribus.

¶(Vergente mundi vespere).i. appropinquãte vel declinãte fine mũdi, & sic egressus supple (vti) pro sicut (spõsus egreditur de thalamo) egressus, in quam (de honestissima).i. castissima (clausula) id est claustro virginis Mariæ matris tuæ.

Vergente mundi vespere
Vti sponsus de thalamo
Egressus honestissima
Virginis matris clausula.

¶ Et ideo quia egressus es, vel quia saluasti mũdum (forti potẽtiæ cuius) i. Christi, omnia curuant̃ (genu).i. laudando ipsum (cœlestia).i. angeli (terrestria).i. homines (fatent̃ subdita).i. confitentur illi subiecta esse (nutu).i. sponte.s. ad tuam voluntatem, & quia obediũt nostro Saluatori, & omnia clamant: Deus me fecit, ideo te deprecamur.

Cuius forti potentiæ,
Genu, curuantur omnia:
Cœlestia, terrestria,
Nutu fatentur subdita.

¶ Ergo quia ita est, deprecamur te ô (hagie).i. sctẽ Christe (vẽture iudex sæculi).i. ad iudicium (cõserua nos in tpe).i. in hac vita (à telo hostis pfidi) i. à suggestiõe diaboli, q̃ sagitta dicit̃.

Te deprecemur hagie,
Venture iudex sæculi,
Conserua nos in tempore
Hostis à telo perfidi.

¶ Et quia De⁹ misit filiũ suũ Christũ vt nos redimeret: referam⁹ gratias ei, (laus, honor, virt⁹, gloria Deo pr̃i & filio, sctõ simul paraclêto).i. aduocato (ĩ sempiterna sęcula).i. sine fine. amẽ.

Laus, honor, virtus, gloria
Deo patri, & filio,
Sancto simul paraclêto,
In sempiterna sæcula. Amen.

¶ Carmen est, quale illud, Primo dierũ. Canitur tẽpore aduẽtus Christi, itâq; cõmemorata illi⁹ ęterna generatione primi aduẽt⁹ in quo carnem assumpsit, & secũdi (quo venturus est) meminit.

¶ Iste hymnus agit de supradicta materia, & cõtinuat̃ superiori: ita Christ⁹ egressus est de vtero virginali, vti spõsus de thalamo suo, & ideo oĩa ei humiliant̃, & nõ est mirũ: q̃a ipse descendit de pr̃e.i. de cœlo, & hæc est responsio cõtra hæreticos, q dicebãt Christũ venisse, sed nõ de patre: quib⁹ respõdẽdũ est, O (supernũ verbũ).i. Dei fili⁹ (prodiẽs).i. manifestãs te ineffabiliter (à patre olim exiẽs) qñ incarnatus es, qui de mr̃e natus (subuenis).i. succurris (orbi).s. pdito (cursu).i. plenitudine tẽporis (decliui).i. pni vel declinati ad finẽ sęculi.

VErbum supernum prodiẽs,
A patre olim exiens,
Qui natus orbi subuenis
Cursu decliui temporis.

¶ Et tu qui talis es (illumina nunc) in p̃senti tuo lumine nr̃a pectora: & (cõcrema).i. accende (tuo amore).i. tua gratia, vt (audito p̃conio).i. prædicatiõe Apostolorũ, vel (audito p̃conio) s. pphetarũ (lubrica).i. peccata (sint pulsa) à nostris cordibus (tandem) id est in fine separationis corporis & animæ.

Illumina nunc pectora,
Tuoq; amore concrema,
Audito vt præconio,
Sint pulsa tandem lubrica.

Iudexq́; cùm pòst aderis,
Rimari facta pectoris,
Reddens vicem pro abditis,
Iustisq́; regnum pro bonis.

¶ Et ô tu supernũ verbũ).i. ô fili Dei (cùm aderis).i.affueris vel adueneris iudex(post).i.in fine mundi(rimari) i.experiri vel inquirere (facta pectoris).i.pctã cogitationũ, & sis (reddẽs vicẽ).i.remuneratione͂(pro abditis).i.pro occultis peccatis(& iustis).i. sanctis (regnum).s.æter nũ(pro bonis).s.operibus,q̃ in præsenti sæculo operati sunt.

Non demum arctemur malis
Pro qualitate criminis,
Sed cum beatis compotes
Simus perennè cœlibes.

¶ Et non arctemur)id est non cõstringamur(demum)id est ad vltimũ malũ (pro qualitate criminis) id est pro magnitudine vel cumulo peccatorũ (sed simus compotes)id est simul potentes simus(cum beatis)id est sanctis (perrennè)id est perpetualiter, vel perennes, id est habitatores cœlorum (cœlibes).i.cœlestem vitam ducentes. Cœlebs enim dicitur, qui nunquàm vxorem duxit, vel qui eam amisit, vel quæ non habet maritum. Cœlebs autore Hieronymo dictus est, quòd cœlo dignã vitam agat: qualia sunt numina cœlestia, quæ absque coniuge sunt.

¶ Carmen est dimetrum Iambicum ex parte cacometrum. Canitur aduentus Christi tempore. Et facit mentionem vtriusq; aduentus, sicut in superioribus hymnis factum est.

VOx ecce clara intonat,
Obscura quæq; increpat,
Pellantur eminùs somnia,
Christus ab æthere promicat.

¶ Materia hui⁹ hymni est, qđ in supradicto hymno. Dictũ est superi⁹, q̄ Christ⁹ venit olim à pr̃e: qa(ecce vox) i.p̄dicatio Christi intonat (ecce clara vox).i.Ioannes cœlestis (intonat).i. terribiliter p̄dicat de nube carnis pœnitẽtiã (& increpat q̄q; obscura).i. oĩa vitia vel pctã,& ideo(oĩa somnia).i.vana & multa pctã(pellantemin⁹).i.lõge: qa (Christus iam p̄micat).i.fulget (ab æthere).i. de cœlo vel à diuina scriptura. ANTONIVS. Christus ab æthere promicat. Legendum est ab æthra, ex ratione carminis: cùm præsertim æther & æthra idem propè significant: æthra enim pro æther ponitur, vt multa. Vergi. neq; Lucidus æthra sydera polus. Auienus in Arato: Excelsam reserat dux Iupiter æthram. Flaccus: Iouis armiger æthra aduenit. Ennius: Flammeam per æthram altè feruidam ferri facem. Lucretius: Videatur surgere in æthram.

Mens iam resurgat torpida,
Quæ sorde extat saucia,
Sydus refulget iam nouum,
Vt tollat omne noxium.

¶ Et ideo(mens nr̃a torpida).i. pigra (resurgat).s.à vitijs: quæ mens (extat saucia).i.manet vulnerata (sorde).i. pctõ, bene dicit: q̄ surgat mens (quia sydus).i.Christus(refulget) per Spiritum sanctum (nouum).i.de Virgine natum(vt tollat)id est remoueat à nobis (omne noxium).i.omne peccatum.

E sursum agnus mittitur,
Laxare gratis debitum,
Omnes pro indulgentia
Vocē demus cum lachrymis.

Secundò vt cùm fulserit,
Mundumq; horror cinxerit,
Non pro reatu puniat,
Sed pius tunc nos protegat.

¶ Agnus) id est Dei filius (mittitur è sursum) id est de cœlis (laxare).i. condonare (debitum) id est originale peccatū, vel pœnas peccati (gratis).i. dono, vel sponte sua, & sine aliqua remuneratione, & ideo oēs (demus vocē cū lachrymis).i. cōfessionē pctōrū (pro indulgētia).i. pro remissione pctōrū. ¶ Bene dico demus vocē cum lachrymis (vt cùm ille).s. agnus (fulserit).i. fulgens aduenerit (secundo).s. aduētū.i. in iudicio: & (horror).i. pauor illius (cinxerit).i. circūdederit (mundum) id est mundanos (nos non puniat).i. non damnet (pro reatu) id est pro peccato (sed pius) id est Christus propitius nobis (nos tunc protegat) id est defendat à potestate diaboli.

¶ Carmen est, quale illud, Primo dierum. Canitur ad horas diurnas tempore natalis Christi. In quo duplicis ortus eius mentionem facit in tempore à matre, æternaliter à patre.

VEni Redemptor Gentium,
Ostende partū Virginis,
Miretur omne sæculum,
Talis decet partus Deum.

¶ Materia huius hymni est inuocatio ad Deū: vt veniāt ostēdere partū Virginis, sed non ex virili semine: sed diuino spū cooperāte esse factum, & qualiter egressus est à pre: & regressus ad prem, & qualiter est æqualis pri: & loquit de psenti, quasi de futuro. Vel possumus dicere secūdū literā (Veni Redēptor Gētiū).i. ostēde te illis q in mūdo habuerūt notitiā tui, hoc est veni Redēptor ò Christe (Redēptor Gētiū) Gētiliū vel Iudæorū (veni) in mētibus nrīs, & (ostende partū Virginis).s. Mariæ, & ideo (omne sæculū).i. sæculares (miret).i. mirent, quia (talis partus decet Deū) de Spū sancto & Maria Virgine pmanēte.

Non ex virili semine,
Sed mystico spiramine,
Verbum Dei factū est caro,
Fructusq; ventris floruit.

¶ Verè talis partus decet Deū: quia non ex virili semine (sed mystico spiramine).i. secreto & sancto (verbum Dei).i. filius Dei (factum est caro).i. homo, & (fructus ventris) Mariæ (floruit) sicut flos creuit. Vnde Maria virga est, filius eius flos.

Aluus tumescit Virginis,
Claustra pudoris permanent,
Vexilla virtutum micant,
Versatur in templo Deus.

¶ Et ecce aluus Virginis) id est vēter Mariæ (tumescit).i. crescit, & tamen (claustra pudoris) id est virginitatis (permanent) scilicet integra: quia virginitas nō est violata, & (vexilla) sup-

ple

ple omnium virtutum.i.miracula(micant).i.fulgent,vel virtutum quarũ Deus est vexillum.i.custos,& ideo (Deus versatur in templo) quia receptus est à Symeone,vel(versatur in templo)id est in aluo Mariæ Virginis.

Procedens de thalamo suo
 Pudoris aula regia
 Geminæ gigas substantiæ,
 Alacris vt currat viam.

¶Christus procedẽs de thalamo suo) id est de vtero Virginis: quia illa fuit illi lectus castitatis.s. (de regia aula pudoris).i. de palatio regali existens (gigas geminæ substãtiæ).i.diuinitatis & humanitatis:quia Deus est & homo.Gigas dicitur eò quod inseparabilis & irreuocabilis ad vitam huius mundi occurrit nobis.Vnde Dauid:Exultauit vt gigas ad currendam viam suam: &c. (vt alacris currat viam) id est de hoc mundo transeat ad patrem.

Egressus eius à patre,
 Regressus eius ad patrem,
 Excursus vsq; ad inferos,
 Recursus ad sedem Dei.

¶Egressus eius à p̄re).s. qñ descendit in vterũ Virginis(regressus eius ad patrẽ).s.qñ redijt in cœlũ,vnde Dauid: A summo cœlo egressio eius: & occursus eius vsq; ad summum eius.Et ipse ait in euangelio: Ego veni à patre in mundum:iterum relinquo mundũ,& vado ad patrẽ (excursus vsq; ad inferos) s.quando descendit ad inferos(recursus ad sedem Dei).i.ad dexteram patris.

¶ Et ò tu Christe(æqualis æterno patri) secundũ diuinitatem (accingere tropheo).i.victoria carnis.s. induere carnẽ: quia per carnẽ triũphauit super diabolũ,tu dico (firmãs).i. roborans (ppetim).i.perẽni virtute(ĩfirma).i. vitia, fragilitatesq, nr̃i corpis & aiæ.

Aequalis æterno patri,
 Carnis trophæo accingere.
 Infirma nostri corporis
 Virtute firmans perpetim.

Præsepe iam fulget tuum,
 Lumenq; nox spirat nouum,
 Quod nulla nox interpolet,
 Fideq; iugi luceat.

¶Verè ꝑcedis de thalamo,o tu Christe:quia(p̄sepe tuũ).i.Ecclesia (iã fulget).s. virtutibus (& nox spirat).i.emittit (nouũ lumẽ). i.natũ sine pc̃tõ (quod).s.lumẽ(nulla nox).i.obscuritas hæreticorũ , quia hæretici dicunt te non accepisse carnẽ (interpolet).i. immutet vel obscuret:& luceat lumen tuum (iugi fide).i.assidua virtute.

¶ Carmen est dimetrum Iambicum cacometrum. Canitur ad horas diuinas tempore natalis Christi. Facit mentionem vtriusq; ortus Christi, sicut in superiori hymno factum est.

CHriste Redẽptor Gentium,
 Ex parte patris vnice,
Solus ante principium
Natus ineffabiliter.

¶ Materia huius hymni est inuocatia,quã facim⁹ ad Christũ, vt sicut dignatus est accipere carnẽ humanã: & illã sibi vnire: ita p̄ces nr̃as exaudire dignet̃:& nos à peccatis liberare. O (Christe Redẽptor gẽtiũ)vel oĩm, qa

oēs Gētes redemisti tuo sanguine,&(ô tu vnice).i.ô tu vnigenite(patris) ex patre procedēs,tu dico(solus natus ineffabiliter)secundū diuinitatē. Vnde ait scriptura: Generationē ei⁹ qs enarrabit?(ante principiū).i.ante mūdi cōstitutionē.

¶ O Christe(tu es lumē & splendor pr̄is)quia ꝑ te pater innotuit mundo (tu es perēnis).i. perpetua spes oīm (intēde).i.exaudi(preces)quas famuli tui fundūt(ꝑ orbē).i. ꝑ oēs gētes q̄ ꝑ vniuersū orbē orāt assiduè apud te.

Tu lumen,tu splendor patris,
Tu spes perennis omnium
Intende,quas fundunt preces
Tui per orbem famuli.

¶Dico,ꝙ debes ad p̄ces nr̄as intēdere:quia assumpsisti humanā carnē.O autor nr̄æ salutis).i.redēptionis (memēto).i.recordare ꝙ sumpseris(quōdā).i.in tp̄e(formā).i.similitudinem nr̄i corporis(ex Virgine illibata).i.intacta:quia ante partū, & post partū, & in partu Virgo permansit.

Memento salutis autor,
Quòd nostri quōdā corporis
Ex illibata Virgine
Nascēdo formam sumpseris.

¶Præsens dies).i.natiuitatis testatur (sic).i.ita (currēs ꝑ anni circulū).i.ꝑ vnūquēq; annū : quia tu solus aduen eris existens salus mundi(à sede patris)id est veniens de cœlo, & operatus es salutem in medio terræ.

Sic præsens testatur dies
Currens per anni circulum,
Quòd solus à sede patris
Mundi salus adueneris.

¶Hunc).i.diē,vel autorē(cœlum).i. cœlestes vel stellæ, per cœlum stella: quę apparuit Magis.i.tribus Regibus vel angeli intelliguntur qui pastoribus cum nimio gaudio dixerunt:Gloria in excelsis Deo.Et per mare tyrāni,vel quia mare se præbuit calcabile ipsi Deo(terra).i.terrena potestas vel pastores(hunc mare)quia Magi nauigio venerunt,& (omne quod in eis est).i.in cœlo & in terra(laudat hunc autorem).i.Deum, vel patrem (tui aduentus)omne dico(exultans cum cantico)id est hymno.

Hunc cœlum,terra hunc,mare
Hunc, omne quod in eis est,
Autorem aduentus tui
Laudat,exultans cantico.

¶Et non solùm terra & mare laudāt te,sed etiam nos (quoq;).i. similiter, qui sumus redempti tuo sancto sanguine (concinimus).i. canimus (nouum hymnum).i.nouam laudem(ob diem).i.propter diem natalis tui.

Nos quoque,qui sancto tuo
Redempti sumus sanguine,
Ob diem natalis tui
Hymnum nouū concinimus.

¶Carmen est,quale illud,Primo dierum.Canitur ad horas diurnas tēpore natalis Christi. Cōmemorat quēadmodū Christ⁹ sumpto hoīe natus est ex Maria Virgine. Hymn⁹ est Sedulij ꝑ ordinē alphabeti īcipiēs ꝑ tetrasticha ab, a, vsq; ad,g,literā.

A Solis

A Solis ortus cardine
Ad vſq; terræ limitem
Chriſtum canamus principẽ,
Natum Maria Virgine.

¶ In hoc hymno agit̃ de incarnatione Dñi, & de natiuitate, quomodò puerpera enixa eſt Chriſtũ: qui non horruit ſtabulum & p̃ſepe: & ſic cõtinuat̃ ſuperiori, dixit ꝙ cœlũ, terra, mare & oẽ, quod in eis eſt, laudat eum principẽ, & verè: quia ab ortu ſolis vſq; ad occaſum vniuerſus orbis (canit Deum).i. laudat. vel aliter dico: ꝙ eius præſepe iam fulget nouo lumine, & ideo canamus ipſum natũ de Maria Virgine principem mundi à Solis ortu vſq; ad occaſum. (A Solis ortus cardine).i. ab origine mundi, vel (ſolis) ſcilicet ab oriente ſolis (vſq; ad limitem terræ).i. vſque ad occidentem (canamus).i. laudemus (Chriſtum) Deum. ſ. & principem Chriſtum dico (natum de Maria Virgine) vel (natum).i. filium Mariæ Virginis.

Beatus autor ſæculi
Seruile corpus induit,
Vt carne carnem liberans
Nè perderet, quos condidit.

¶ Bene dico, ꝙ debem⁹ laudare Deũ: quia (beatus autor).i. factor ſæculi (induit).i. aſſumpſit (ſeruile corpus) i. formam ſerui: & conditor carnis noſtræ liberans carnem noſtram carne ſua: quia formam hoĩs aſſumẽdo, carnẽ nr̃am liberauit, & quare? (nè perderet) hoĩes (quos condidit).i. creauit.

Caſtæ parentis viſcera
Cœleſtis intrat gratia,
Venter puellæ baiulat
Secreta, quæ non nouerat.

¶ Et verè induit, quia (gr̃a cœleſtis) id eſt ipſe Chriſtus (intrat viſcera caſtæ parentis).i. matris, & ſic (venter puellæ baiulat) id eſt portat (ſecreta) ſcilicet cœleſtia (quæ non nouerat). ſ. ante conceptionem.

Domus pudici pectoris
Templum repentè fit Dei,
Intacta neſciens virum
Verbo concepit filium.

¶ Et verè baiulat ſecreta, q̃ non nouerat: quia (domus).i. aluus (pectoris) ſ. Mariæ (pudici).i. caſti (fit templum Dei).i. domus Dei (repente).i. citò, domus dico (intacta neſciẽs virũ) per carnis commixtionem (concepit).i. portauit (filium).i. Chriſtum, & hoc (verbo operãte).i. virtute Spiritus ſancti, vel (verbo).i. poſt verbũ, quod Gabriel prædixerat ipſum naſciturum. Vnde dicitur: Ecce concipies & paries filium &c.

Enixa eſt puerpera,
Quem Gabriel prædixerat,
Quem matris aluo geſtiens
Clauſus Ioannes ſenſerat,
Fœno iacêre pertulit,
Præſepe non abhorruit,
Paruoq; lacte paſtus eſt,
Per quem nec ales eſurit.

¶ Dico ꝙ cõcepit, & verè, quia (puerpera).i. Maria pariens puerũ (enixa eſt).i. peperit filiũ (quẽ Gabriel p̃dixerat). ſ. naſciturũ, quẽ Ioannes clauſus (aluo m̃ris). ſ. Eliſabeth (ſenſerat) i. cognouerat (geſtiens).i. gaudens.
¶ Ideo pertulit, vel patit̃ fœnũ: & ipſe puer.i. Chriſt⁹ (ꝑtulit).i. paſſus eſt iacêre vel poni fœno p̃ſepis, etiam (nõ abhorruit).i. non refutauit vel repudiauit (præſepe).i. ſtabulum (q;) pro & (paſtus eſt).i. nutritus eſt (paruo lacte) ſcilicet

ſcilicet Virginis(per quem).ſ.Chriſtũ(ales).i.nutrix Maria: à qua nutriebatur ipſe Chriſtus(non eſurit).i.non patitur famem.

Additio. (Per quem nec ales eſurit) id eſt ipſa auis ſaturatur, ille nanque dat auibus cibum iuxta illud Matthæi cap. vj. Reſpicite volatilia cœli, quæ non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & Pater veſter cœleſtis paſcit illa. Ales enim dicitur ab alis gerendis, ſicut volucris omne volatile: Lucretius: Alituum porro genus alis omne videmus fidere. Aliquando ales ponitur pro quacunque re veloci, vt ſagitta & alite planta.

¶ Ales præterea communis generis eſt, ſed quotieſcunque genere fœminino dicitur ales, malum portendit augurium, vt Horatius: Mala ſoluta nauis exit alite. Papinius: Et te mala protinùs ales, Qua redeo. Maſculino autem bonum: Vergil. Fuluus Iouis ales in æthra. Iungitur quoque genere neutro, Sidon. Iacet hîc ſimul alite telo, id eſt veloci.

Gaudet chorus cœleſtium,
Et angeli canunt Deo,
Palamq; fit paſtoribus
Paſtor creator omnium.

¶ Et quia natus eſt (chorus).i. ſocietas (cœleſtium).i. ſpirituum gaudet (& angeli).i. throni & dominatiões, principatus, & poteſtates: & ſic de cæteris (canũt Deo) ſcilicet gloria, & (paſtor).i. creator omnium (fit palam).i. notus, & natiuitas ſua fit cognita & nuntiata paſtoribus iuxta turrim Abnam: iuxta quem locum paſtores pro conſuetudine aderant: & erat illa planities apta paſtoribus illius regionis.

¶ Carmen eſt, quale illud, Nocte ſurgentes. Canitur in feſto Epiphaniæ Domini. Narrat, quo pacto Magi cum tribus muneribus venerunt ab Oriente quæſitum Saluatorem noſtrum.

NVntium vobis fero de ſupernis
Nat⁹ eſt Chriſtus dñator orbis
In Bethleē Iudæ, ſic enim propheta
Dixerat antè.

¶ Materia hui⁹ hymni eſt præparatio gaudij de natiuitate Chriſti Redemptoris, & gaudium annuntiatum eſt nobis per angelum apparentē & Paſtoribus in via dicentem: Annuntio vobis gaudium magnum &c. Cuius natiuitatem hæc ſigna & miracula ſecuta ſunt: ſcilicet ſtella apparuit Magis quærentibus, quæ duxit eos præuia vſque ad ipſum. In cuius natiuitate Herodes, & quilibet malus cõfunditur, vel doctrina mala, & pernicioſitas ſiue malitia temporis eo naſcente ceſſauerunt, id eſt idolorum cultura, & ſacrificia vana, ſeditiones & bella: quia in natiuitate Chriſti pax fuit per vniuerſum orbem, & vox angeli loquentis (fero) id eſt affero nuntium vobis (de ſupernis) id eſt de cœlo, Chriſtus dico (Dominator orbis) filius Dei (natus eſt in Bethlehem Iudæ) id eſt in ciuitate illa, quæ ſorte accidit tribui Iudæ (enim) pro quia: quia (Propheta dixerat) id eſt prophetauerat (ſic) id eſt futurum eſſe antè.

¶ Chorus

Hunc canit lætus chorus angelorum:
Stella declarat, veniunt eôi
Principes, dignum celebrare cultũ,
Mystica dona.

¶ Chor⁹ angelorũ canit hunc) s. Christũ, chorus dico (lætus) i. exultans & laudans Deũ (stella) q̃ duxit Magos. i. sapientes (declarat). i. manifestat eis saluatorem (eôi). i. orientales (principes) id est reges (veniũt celebrare) id est honorare Deum. s. dignum cultum & offerre illi (mystica dona) id est in sacrificio secreta. Mystica nanque dicebatur: quæ fiebant in arcanis Deorum sacris.

Thus Deo, myrrhã trocletẽ humãdo,
Bracteas Regi chryseas decenti,
Dum colũt vnum meminêre trino
Tres dare terna.

¶ Isti tres Reges (meminere). i. in memoria habuerunt afferre tria munera. s. aurum, thus & myrrhã. Et (meminere dare). i. afferre Deo thus & myrrham (trocletẽ). i. rotundã. Myrrha quoq; arbor est ita dicta à loco vbi nascit̃: & habet aureũ colorẽ, & declinat̃ hæc trocletis, huius, tis. (humando) quia mortalis erat, & (meminere). s. Deo offerre (bracteas chryseas). i. laminas aureas: quia chryseos. a. on. Grecè, idẽ est qd' aureũ Latinè, siue qd' totũ ex auro est: chrysos eñ aurũ interpretat̃ (Regi decenti) i. Christo (dũ colunt). i. venerantur (vnũ). s. Deũ: & meminere dare terna munera illi (trino). i. Trinitati, quia vnum sunt pater & filius & Spiritus sanctus.

Additio. Myrrham trocletem, id est fluentem à trocheo: siue trochazo verbo Græco, qd' est curro vel fluo. Myrrha eñ fluida est: iuxta illud: Myrrha, gutta & casia &c.

Gloriã trinę monadi canamus
Cũ Deo diuæ genitæq; proli,
Flamini sancto ab vtroq; fuso
Corde fideli.

¶ Gloriã canamus monadi). i. vnitati trinę cũ Deo & Spiritu sancto fuso ab vtroq;, vel (trinę monadi). i. Deo, qui est trinus in p̃sonis, & vnus in essentia. dicit̃ hæc monas, huius, dis. & canam⁹ (proli diuę). i. genitę à p̃re cũ Deo patre, & non tãtùm canamus patri: sed etiam (flamini) id est Spiritui sancto (fuso) id est prodeunti ab vtroque.

¶ Carmẽ est, quale illud, Primo dierũ. Canitur in festo Ephiphaniæ, hoc est apparitionis Dñi: & narrat quẽadmodùm Magi stella duce venerũt in Bethlehẽ. prætereà miraculũ in nuptijs factũ. Hymnus Sedulij per ordinem alphabeti cõtinens tetrasticha ab h. litera vsque ad. n. sed intermisit. k. &. m. literas.

Hostis Herodes impie
Christũ venire qd times?
Non arripit mortalia,
Qui regna dat cœlestia.

¶ Materia huius hymni est conclamatio: quã facimus cõtra Herodẽ: qui audita natiuitate Christi, amittere regnũ timuit, ideoq; multos pueros interfecit. Intẽtio autoris est tractare de trib⁹ miraculis die Epiphaniæ factis, scilicet

ſcilicet de Magorũ apparitione, de aqua in vinũ cõuerſa, & de Chriſti baptiſmate. Et nota ꝙ hymnus iſte cõtinuat ſuperiori: ita dixit, ꝙ Chriſtus nat⁹ eſt, & pati liti iacere fœno. Vnde Herodes de natiuitate eius iratus occidit multos pueros: timẽs nè amitteret regnũ, ſed nõ deberet: quia ille qui Rex eſt regum & Dñs dominantium, non venit, vt ei regnũ auferret: ſed vt totum mundũ in tanto crimine inuolutum à peccatis liberaret. O Herodes hoſtis impie (quid) .i. cur times venire Chriſtum? ipſe non arripit mortalia, qui regna dat cœleſtia.

¶ (Magi ibant) .ſ. quęſitum Chriſtum: & adorare eum (ſequentes ſtellá præuiam) .i. præcedentem, quã viderant: & (requirunt lumen) .i. Chriſtum (lumine) .i. ſtella, & (fatentur Deum munere) ſcilicet thure, auro, & myrrha.

Ibant Magi (quam viderant)
Stellam ſequentes præuiam,
Lumen requirunt lumine,
Deum fatentur munere.

¶ (Cœleſtis agn⁹) .i. Chriſtus (attigit) .i. ſuſcepit (lauacra) .i. baptiſmũ (puri gurgitis) .i. Iordanis, & ſuſtulit a nobis abluendo nos per baptiſmũ (peccata q̃ nõ detulit) .i. q̃ ſecũ non portauit: quia immunis erat: & abſq; pctõ.

Lauâcra puri gurgitis
Cœleſtis agnus attigit:
Peccata quæ non detulit,
Nos abluendo ſuſtulit.

¶ (Et ideo dico nouum) .i. inauditum genus potẽtiæ (hydriæ rubeſcunt) .i. flaueſcunt .ſ. aq intromiſſæ, ponit eñ continens pro contento, & (vnda) .i. aqua (iuſſa fundere vinum mutauit originem) .i. naturam præcepto Dei.

Nouum genus potentiæ,
Aquæ rubeſcunt hydriæ,
Vinumq; iuſſa fundere,
Mutauit vnda originem.

¶ Carmen eſt omni lege carminis ſolutum. Canitur ad horas veſpertinas in feſto diuæ Marię. Cuius patrocinium atque fauorem multipliciter nobis imploramus.

¶ Materia huius hymni eſt ſalutatio ab angelo facta, ſic dicẽte: Aue gratia plena Dñs tecum: quæ virtute altiſsimi obumbrata fuit: & ſolo verbo concepit. Intendit etiam autor ipſam Mariam inuocare: vt nomen Eue, per quam mors intrauit, mutet: vt & ſ. ſoluat vincula peccatorum & præſtet nobis vitam æternã à cunctis reatibus abſolutis. Hinc etiam laudare nos hortatur, & glorificare hũc diem propter hoc quòd euaſim⁹ de domo diaboli, & venimus potiùs per fidem & gratiam Dei ad ipſam, & dicit hoc per ſimile: & facit comparationem. Sicut enim ſtella præſtat ducatum nautis: vt veniant ad portum: ita ducatu Virginis Mariæ venimus ad portum: id eſt ad Chriſtum. (O ſtella maris) id eſt mundi (aue) id eſt ſalue, ó (alma) id eſt ſancta mater Dei, aue atque (ſemper) id eſt æternaliter (Virgo) quia ante partum, & in partu, & poſt partum, ó (porta fœlix cœli aue) id eſt ſalue.

AVe maris ſtella
Dei mater alma,
Atque ſemper virgo,
Fœlix cœli porta.

Sumens

Sumens illud aue
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans nomen Euæ.

¶ Et quia tu es (sumens illud aue).i. salutationē, q fertur ab ore Gabrielis (funda nos in pace).i.in æterna beatitudine:tu dico (mutās nomē Euę).s. in aue.i. maledictionem Euæ, in vitā æternam.i. in tuam benedictionem.

Solue vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.

¶ Et quia tu es virgo, facta es stella maris,& quia tu mutasti nomē Euæ.i. maledictionē Euæ delesti: & dedisti nobis benedictionē,& cōfudisti mortem,& dedisti nobis vitā perpetuam: ideo (solue vincla).i.ligamenta peccati humani (reis) id est peccatoribus,& (profer) id est tribue (lumen cæcis) id est fidelibus,& (pelle) id est abijce à nobis mala nostra,& (posce) id est postula à filio tuo cuncta bona.

Monstra te esse matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus
Tulit esse tuus.

¶ Monstra te esse matrē).i. ostende te placādo filium tuum,& filius tuus (sumat preces tuas per te) filius dico ille (qui tulit) id est sustinuit (esse tuus natus pro nobis) vt nos saluaret.

Virgo singularis
Inter omnes mitis,
Nos culpis solutos
Mites fac & castos.

¶ Et quia sustinuit esse filius tuus, ideo ô (Virgo singularis) quia nulla similis est tibi: quia post partum Virgo, in partu Virgo,& ante partum (mitis inter omnes).s. alias mulieres, & ô Virgo castitatis mater (fac nos solutos) à (culpis) & (fac nos mites) id est mansuetos (& castos).s. in corpore & anima fac nos mundos.

Vitam præsta puram,
Iter para tutum,
Vt videntes Iesum
Semper collætemur.

¶ Et quia mater es castitatis & suauitatis, ô Virgo (præsta).i. dona vitam puram nobis: & (para) id est tribue (iter tutum, vt vidētes Iesum).i. filium tuum (semper collætemur) id est gaudeamus in eo.s. in præsenti ei laudes persoluentes,& in futuro eum plenius & perfectius cognoscentes, gaudeamus & exultemus cum Domino nostro filio tuo.

Sit laus Deo patri,
Summo Christo decus,
Spiritui sancto
Trinus honor vnus. Amen.

¶ Et qa descēdit Dñs nr̄ in vterū Virginis, ideo (laus).i. gloria sit Deo pr̄i (decus).i. honor (sit summo Christo) excelso,& (Spui sancto) sit (honor trinus) propter trinitate personarū, & (vnus) ꝓpter vnitatē essentię, vel (vnus honor sit trinus.) ANTO. qd si legas tribus.i. pr̄i & filio & Spui sancto. amen.

¶ Carmen est, quale illud, Primo dierum. Canitur ad horas nocturnas in diebus festis diuæ Mariæ. Cuius laudibus annumerat quòd Deum genuit,& in lucem effudit.

¶ Interea-

¶ Intentio huius hymni est: ꝙ autor vult ostendere hoc qd' prophetæ de Christo nũtiauerũt, in genitrice Dei Maria esse cõpletum: ostendit similiter qualiter claustrum Mariæ baiulat Christũ. Et nota ꝙ Deus fecit hoiem: & posuit eũ in paradiso terrestri: & præcepit ei, nè comederet de ligno vitæ. i. de pomo quod erat in medio paradisi: sed diabolo suadẽte Euæ: & Eua postmodũ Adæ similiter suadẽte: ambo comedentes & sic diabolo placẽtes, mortaliter peccauerunt: & post peccatum tantæ corruptionis de paradiso statim à Dño eiecti, se nudos esse cognouerunt. Videns ergo Deus: ꝙ aliter nõ posset redimere genus humanu: nisi per fœminã: in vterũ Virginis filiũ suũ destinauit, & incarnari voluit: ꝑ quẽ sumus redẽpti: & à peccato liberati. Vnde grates reddere tenemur. Dictũ est superiùs ꝙ maris stella Maria est mater Dei: & etiã quẽ cœlum & terra capere non poterãt: tñ claustru Mariæ eum baiulat. Cõstruc (claustrum). i. vẽter beatæ Mariæ (baiulat) illũ Deũ: quem (regentem trinam machinam) mundi. s. cœlum, terram, mare, vel (machinam). i. animæ concupiscibilitatem, rationabilitatem, sensualitatem (quem). s. Christum (terra). i. boni (ponthus). i. mali (æthera) id est cœlestes (colunt) id est honorant (adorant) id est commendant (prædicant) id est nuntiant.

Qvem terra, põthus, ęthera
Colunt, adorãt, prędicãt
Trinã regentem machinam,
Claustrum Mariæ baiulat.

¶ Dico ꝙ cœlum. i. cœlestes (terra) i. terreni, & omnia cœlestia siue terrestria (laudant). i. adorant illum: quẽ cœlum & terra capere nõ poterãt: & verè quia (viscera puellæ) id est beatæ Mariæ (perfusa). i. repleta (gratia cœli). i. rore cœlesti (gestãt) Christum (cui). s. Christo (Luna) id est variatio Lunæ (Sol) in cursu suo (& oĩa deseruiunt). i. famulantur (per tẽpora). i. tẽporaliter.

Cui Luna, Sol, & omnia
Deseruiunt per tempora,
Perfusa cœli gratia
Gestant puellæ viscera.

¶ Et quia tulit Christũ, possumus dicere: ꝙ est (beata Mater munere). i. donis filij (sub arca). i. circũdatione & secreto (vẽtris cuiꝰ). s. mrĩs (supernus artifex). i. cœlestis Creator (clausus est) ille dico (cõtinẽs mundum). i. vniuersitatem omnium rerum (pugillo) id est in dispositione.

Beata mater munere,
Cuius supernus artifex
Mundum pugillo continens,
Ventris sub arca clausus est.

¶ Et quia supernus artifex clausus est sub pectore Virginis Mariæ, possumꝰ dicere: ꝙ Virgo Maria sit (beata nuntio cœli). i. angelica salutatione, Maria dico (fœcũda). i. fertilis Spũ sancto (ꝑ aluũ cuiꝰ). s. Marię (fusus est). i. missus: & natus est de Virgine Maria (desideratus). s. Christus (Gentibus). i. à Iudæis.

Beata cœli nuntio
Fœcunda sancto spiritu,
Desideratus Gentibus,
Cuius per aluum fusus est.

¶ Carmẽ est, quale illud, Primo dierum. Canitur ad laudes matutinas diebus festis diuę Mariæ. Eius laudi attribuit, ꝙ Deũ lactauit: & per eam recepimus, quod per Euam amisimus.

¶ Materia

O Gloriosa domina
Excelsa supra sydera,
Qui te creauit prouidè,
Lactasti sacro vbere.

¶ Materia huius hymni est: ꝙ Maria peperit saluatorē: & quia Deus contulit ei tantam gratiam, ꝙ peperit saluatorē, facit author apostrophā. i. conuersionem sermonis: quia Deus contulit ei tātam gratiam ꝙ peperit saluatorem, conuertit sermonē suum ad ipsam ostendendo eam esse gloriosam: dicens: O gloriosa dña excelsa supra sydera) id est ò sponsa dñi Maria (excelsa) id est alta (supra sydera). i. in summo cœlo: vbi non est aliqua vis ventorū (tu lactasti sacro vbere) illū. s. (qui te creauit prouide) id est sua sapientia. ¶ A N T O. O gloriosa dña, legendum est fœmina, non dña: non solùm ex ratione carminis: sed etiā ex lectione antiqua: vt in prædicta præfatione annotatur. I D E M. Lactasti sacro vbere. Legendum quoq; est. Tu lactas sacro vbere ex eadem ratione carminis

Quod Eua tristis abstulit,
Tu reddis almo germine:
Intrent vt astra flebiles,
Cœli fenestra facta es.

¶ Tu reddis) id est restituis (almo germine). i. sancto filio tuo illud. s. paradisum (quod Eua tristis) id est misera (abstulit) . s. à nobis, & (es facta fenestra cœli). i. Christi (vt flebiles) id est flentes peccata sua (intrent astra) id est cœlos.

Tu regis alti ianua:
Et porta lucis fulgida:
Vitam datā per virginem
Gentes redēptæ plaudite.

¶ Dico ꝙ homines flentes sua peccata intrent cœlos, & verè: quia (facta es ianua). i. ostium alti regis (fulgida porta) . i. splendida (lucis). i. Christi: & ò (gentes redemptæ) s. à Christo (plaudite) id est gaudete (vitam esse datam per virginem) scilicet Mariam virginem Dei matrem.

¶ Carmen est, quale illud: Nocte surgentes. Canitur in festo hypopātes hoc est Præsentatiōis siue Purificatiōis diuę Marię. Cuius auxiliū atq; fauorē implorat.

QVod chorus vatū venerādus olim
Spiritu sancto cecinis repletus,
In Dei factum genitrice constat
Esse Maria.

¶ In hoc hymno agit author de natiuitate Christi: & qualiter debet esse completum id in Maria: quod prophetæ nuntiauerunt: ꝙ concepit: & peperit filium: & Simeon gauisus suscepit eum in templo. Dicimus ergo quod prophetæ senserunt de aduentu & de natiuitate Christi. Esaias enim dicit: In medio duorū animalium cognosceris i. inter bouem & asinum: & alibi: Egredietur virga de radice Iesse. Et Abacuc sentiens de Christo similiter ait: In medium duûm animaliū &c. Multi prophetæ annuntiauerunt: & prophetisauerunt de Christo, hoc totum completum est in Maria, quia natus, baptisatus, crucifixus, & in templo præsentatus: & à iusto Simeone: & ab Anna vidua susceptus: vnde à personis illis quæ Domino ob-

no obuiauerunt: dictum est festum illud: in quo hymnus iste cantatur, hypopante domini.i.obuiatio. Construe. Quod chorus vatum).i.exercitus prophetarum: scilicet Dauid & aliorum, chorus dico venerandus (cecinit).i.prophetauit(olim repletus) id est adimpletus Spiritu sancto (constat) id est manifestū est(esse factum) id est completum in Maria genitrice Dei.

Hęc Deum cœli dominūq; terrę
Virgo quē gessit, pepitq; v͛go.
Atq; post partū meruit manere
Inuiolata.

¶ Et verè constat esse factum quia.s. beata virgo(gessit dn̄m).i.Christum deum cœli & terræ.& virgo. i. Maria (peperit).s. illum (quem gessit) vel concepit).i. portauit (atque) pro & (meruit inuiolata manere) id est mā sit incorrupta post partum.

Quē senex iustus Simeō in vlnis
In domo sumpsit dn̄i gauisus:
Hoc qd' optauit ꝓprio videre
Lumine Christum.

¶ Quem).s.Christū (Symeon iustus & senex).i.Symeon annosus sacerdos (sumpsit).i.suscepit (in vlnis) id est in brachiis suis (in domo) id est in tēplo Dn̄i(gauisus) id est lætus (videre suo proprio lumine quod optauit).s. Christum(quod optauit) per multa tp̄a: vel si textus habeat(ob hoc optatū proprio videre lumine Christū) Construe sic, ob hoc ergo ꝙ videret ꝓprio lumine .s.oculis carnalibus Chr̄m optatū: quē diu anteq̄ moreret, videre desiderauit.

Tu libēs votis petimus precantū,
Regis æterni genitrix faueto,
Clara, quę celsi renitens olympi,
Regna petisti.

¶ O tu(genitrix).i.mater (æterni regis).s. Christi: qui caret principio & fine(petimus te faueto) id est cōcede (votis).i.precib⁹(precantū).i.famulorum(libēs).i.libenter(q;) pro &(tu renitens).i.splendens (petisti).i. accepisti vel accessisti(clara regna Olympi celsi).i.alti cœli.vel sic: & (clara & renitens petisti).i.accepisti regna cœli olympi.

Sit Deo nostro decus & potestas:
Sit & laus ꝑpes: sit honor ꝑēnis:
Qui poli summa residet in arce
Trinus & vnus.

¶ Decus & ptās sit Deo nr̄o) perpes salus vel laus).i. perpetua gloria sit illi:& (perennis honor).s. sit illi: id est Deo nr̄o (qui residet in summa arce poli) id est in altitudine cœli(trinus) in personis: &(vnus) in sustantia.

¶ Carmen est asclepiadeum constans spondęo, duobus choriambis & pyrrhichio : sed deficit vna syllaba: quia catalecticon est. Canitur in transitu beatæ Mariæ.

O Quàm glorifica luce coruscans
Stirpis Dauidicę regia proles
Sublimis residens virgo Maria
Supra cœligenas ætheris omnes.

¶ Materia hui⁹ hymni est duplex cōmēdatio ipsius Marię tā à gn̄e, q̄ à meritis. Cōmēdatio à gn̄e est: quia ipsa est de regia stirpe. s. Dauid. Cōmendatio à meritis est: qa

ipsa peperit Christum saluatorem nostrum. Canitur hymnus iste in trãsitu beatæ Mariæ: qualiter transiuit de hoc mũdo ad prẽm: vel si mauis dicere, qualiter in assumptiõe spũs eã assumpsit. Vtrũ assumpta fuerit cũ corpore: an sine corpore dubitaẽ. Sed meliꝰ est: vt eã credamꝰ assumptã cũ corpore. O regia proles stirpis Dauidicæ, ô Maria q̃ es ramus ipsiꝰ Dauid. Ipse eñ fuit q̃rcus à qua rami ꝓcedũt: & tu es ramus, & stirps, & ꝓles: q̃ ponunẽ ꝓ eodẽ: sed nõ idẽ significãt, est eñ ꝓles qd' aliũde habet initiũ. Stirps idẽ est ꝙ trũcꝰ, à quo ramꝰ velut à pr̃e filiꝰ ꝓcedit. O q̃). i. q̃tũ (gl'ifica luce). i. gl'iosa (coruscãs). i. splẽdida parẽs: ô virgo Mr̃a tu dico (sublimis). i. ĩ sublimi. s. cœlo: tu es (residẽs). i. sedẽs (sup oẽs ęthris cœligẽas). i. sup oẽs ãgelos gẽitos ĩ cœlo: qa ĩ cœlo fuerũt creati ãgeli à deo.

Tu cum virgineo mater honore
Angelorũ dño pectoris aulam
Sacris visceribus casta parasti,
Natus hinc Deꝰ est corpe Chr̃s.

¶ O maria mr̃ (cũ virgineo honore) hoc est existẽs mr̃ & virgo: tu virgo inq̃ casta, parasti aulam pectoris tui Dño: & quia parasti viscera tam mũdata: ideò (hinc). i. ex illis visceribus (natus est Christus Deus). i. dignatus est nasci (corpore). i. quantũ ad corpus, quia humanitatẽ sumpsit in te.

Quẽ cũctus venerãs orbis adorat,
Cui nunc ritè genu flectiẽ om̃e,
A quo nos petimus (te veniẽte
Abiectis tenebris) gaudia lucis.

¶ Quẽ cũctꝰ venerãs orbis adorat). i. quẽ oẽs hoies venerãt & adorãt (cui). i. ad honorẽ cuius (oẽ genu flectiẽ). i. oẽs flectunt genua (à quo). s. Chro (nos petimus te veniẽte). i. intercedẽte (gaudia lucis æternæ abiectis tenebris). i. peccatis remotis à nobis.

Hoc largire pater luminis omnis,
Natũ per ꝓpriũ flamine sacro,
Qui tecũ nitida viuit in æthra
Regnãs ac moderãs scl'a cũcta.

¶ Superius fecit author apostrophã ad beatam Mariã: sed in hoc loco ad patrem: vt ipse dignetur nobis dare quæ prædicta sunt dicens: O pater luminis omnis). i. origo & factor totius claritatis (largire nobis hoc). s. gaudia. largire inquã (per propriũ natũ). i. amore filij tui: & (sacro flamine). i. amore Spũsancti (qui) Christus (viuit tecum in nitida). i. munda (æthra). i. in cœlo (regnans ac moderans sæcula cuncta). i. oẽs gentes existentes in hoc sæculo.

¶ Carmen est omni lege carminis solutum:
Canitur in festo beatæ Virginis Agathæ.

MArtyris ecce dies Agathæ
Virginis emicat eximiæ:
Qua Christus eam sibi sociat:
Et diadema duplex decorat,

¶ Prudentius, qui hunc hymnum in honorem beatæ Agathæ composuit, laudat Deum: qui tantã constantiã cõtulit sanctę Agathæ virgini. (Ecce). i. videte (dies Agathæ martyris eximiæ) id est, magnæ virginis (emicat). i. valde splendet (qua). s. die (Christus sociat) id est, coniungit eam sibi: vel accedere facit ad se (& duplex diadema) id est duplex corona. s. martyrij & castitatis (decorat) id est honorat eam.

¶ Decens) .i. nobilis ſtirpe fuit:& progenie (elegans ſpecie) .i. decus conueniens & pulchra facie (ſed magis) .ſ. pulchra (actibus atque fide) id eſt operibus fidei: illa dico (reputans nil) pro nihilo ducẽs (terrea) id eſt terrena (proſpera) id eſt terrenorum proſperitatem: & (ligans) id eſt retinens (ſibi corde) id eſt mente (iuſſa) id eſt præcepta Dei.

Stirpe decens, elegans ſpecie:
Sed magis actibus atq; fide,
Terrea proſpera nil reputãs,
Iuſſa Dei ſibi corde ligans,

¶ Hæc) .ſ. Agatha (fortior Viris trucibus) id eſt crudelitate (expoſuit ſua membra) id eſt dedit (flagris) id eſt verberibus & flagellis (mammilla torta) à carnificibus (docet) id eſt manifeſtat (patulo) id eſt apertè (quàm) .i. quantum ipſa Agatha (fuit valido pectore) .i. forti mente & corpore.

Fortior hec trucibuſq; viris
Expoſuit ſua mẽbra flagris.
Pectore quàm fuit valido
Torta mãmilla docet patulò

¶ Cui) .ſ. Agathæ (carcer erat delitię) id eſt pro delitiis vel loco deliciarum (paſtor Petrus recreat) .i. conſolatur (hãc ouem) id eſt Agatham: & (inde gauiſa) id eſt læta (& magis flagrans) ſcilicet amore Dei (cucurrit) id eſt ſuſtinuit cunctaflagella (ouans) id eſt gaudens.

Deliciæ cui carcer erat,
Paſtor ouẽ Petrꝰ hãc recreat:
Inde gauiſa magiſq; flagrans
Cũcta flagella cucurrit ouãs,

¶ Aethnica turba) .i. gentilis vel pagana: quæ iuxta Aethnam habitauit (fugiens rogum) .i. combuſtionem (ipſa) ſcilicet turba (meretur opem huius) id eſt meruit auxiliũ ipſius Agathæ. Deus ergo (premat magis) id eſt reſtringat (Venerem) id eſt luxuriam (his) id eſt omnibus (quos titulus) id eſt honor vel ſignum fidei (decorat) id eſt honorat. Et nota ꝙ quodam tempore Aethna cœpit comburere totam ciuitatem Catheninenſium,& ideò pagani venerunt ad ſepulchrum ſanctæ Agathæ:& acceperunt velum & proiecerunt in ignem:& ſtatim ignis extinctus eſt.

Aethnica turba rogum fugiens,
Huius & ipſa meret opem:
Quos fidei titulus decorat:
His Venerem magis premat.

SANTO. Catheninenſiũ imò Catanenſium à Catana ciuitate Sicilię, ſic enim per. a. in ſecunda ponitur à Strabone & Ptolemæo. Et quo modo ſit condita, Strabo lib. vj. in deſcriptione Sicilię narrat: dicens, Cumq, Catana Naxiorum ſit ædificium: Hieron tyrannus habitatores alios induxit: Aethnamq; appellauit: ſed poſt illius obitum redeuntes Catanenſes: vrbem recuperauerunt &c. & ab eadem Catana ciuitate Catanei populi Siciliæ dicti ſunt.

¶ Tu ſtella (renidens) id eſt ſplẽdẽs (polo) .i. in cœlo (quaſi ſpõſa) ſcilicet Chriſti (ſupplica domino pro miſeris) id eſt pro nobis peccatoribus (vt faciat coli) .i. celebrari (tua feſta ſic vt faueat) id eſt det auxilium celebrantibus ſe.

Iam renidens quaſi ſpõſa polo
Promiſeris ſupplica dñō:
Sic tua feſta coli faciat,
Se celebrantibus vt faueat.

Gloria

Gloria cum patre sit genito,
Spiritui proinde sacro:
Qui Deus vnus est omnipotens:
Hanc memorũ faciat memorẽ, amẽ.

¶ Gloria & laus sit (genito). i. filio cum patre & Spiritu (sacro). i. sancto, ꝑinde (qui Deus vnus est omnipotẽs, faciat hãc). s. Agathã (memorẽ memorũ). s. suorũ & nostrorũ qui eius festũ & memoriam celebramus, meminerit: & nos adiuuet suis precibus. Amen.

¶ Carmen est, quale illud: Nocte surgentes: sed caco metrum. Canitur in festo sancti Benedicti abbatis.

CHriste sanctorũ decus, atq; virt⁹,
Vita, & forma, via, lux, & salus
Supplicum vota pariterq; hymnũ
Suscipe clemens.

¶ In hoc hymno agit author de vita & habitu. S. Benedicti: & de miraculis ei⁹. s. de capisterio: imò scaphisterio: fracto in pueritia sua sanato: & de puero à latice tracto. Intendit rogare Deum qui est vita & lux omnium fideliũ vt nr̃a vota suscipiat, & nr̃a peccata expellat & fauorẽ suũ tribuat: & gratiã suã cõcedat meritis. S. Benedicti. O Christe, tu (decus). i. honor (atq; virtus sanctorũ) quia per te virtuosi sunt & (vita) qa per te viuunt (& forma) quia te imitari debẽt: vnde dixisti: Ego sum via, veritas, & vita (via) quia per te eunt ad patrem, & (lux) quia per te illuminantur (& salus) quia per te salui facti sunt, & tu qui talis es (ò clemens). i. o misericors (suscipe vota supplicum). i. supplicantium (q;) pro & pariter hymnum.

Qui tuũ dudum Benedictũ ad te
Attrahẽs, mirè segregasti mũdo
Vt ꝓbra mũdi reprobare discẽs,
Te sequeretur.

¶ Qui attrahẽs dudũ) i. olim (tuũ Benedictũ ad te) & virtuosa op̃a (segregasti mirè). i. mirabiliter (mũdo). i. à mũdo, & quare? (vt discẽs reprobare). i. cõtrahere: vel spernere (probra mũdi). i. pc̃tã mundi & iniquitates: & sequeref te: qa tu dixisti, Qui sequitur me, nõ ambulat in tenebris: sed habebit lumen vitæ, & misericordiæ, dicit Dñs.

Cuius deuotum animum pueri
Gratia præstans fidei valere:
Qua valẽs mira ꝑcibus peregit
Mente fideli.

¶ Deuotũ animũ). i. religiosum (cuius pueri). i. Benedicti (gratia fidei) de qua plenus erat sanctus Benedictus (præstans valere). i. posse (qua). s. gratia fidei (valens). s. Benedictus (peregit mira). i. miracula: q̃ in dialogorũ libro pñt inueniri (pro precibus & mente fideli). i. firma fide.

Dehinc extendẽs pedẽ in remotis,
Ardua scandẽs, cruciari malens
Corporis artus iuuenilis, ardens
Casto in amore

¶ Dehinc). i. deinde (extendens pedem in remotis). s. locis. i. eremo (malens) id est magis volens (cruciari). s. quàm fouere (artus iuuenilis corporis) & quare? quia erat (ardens casto amore) Dei (scandens) id est ascendens (ardua) id est excelsa.

Gloriam patri resonemus omnes,
Et tibi compar vtriusq; semper
Spiritus alme, Deus vnus omni
Tempore sæcli.

¶ Omnes resonemus) i. persoluamus (gloriam) .i. laudẽ patri: & (o alme) .i. sancte Spiritus (compar) .i. ęqualis (vtriusq;) .s. patris & filij, tu dico (vnus Deus omni tẽpore sæcli resonemus) .i. persoluamus (gloriã semper) .i. in omni tpe (tibi) .i. ad honorẽ tui.

Imbuit posthinc homĩes beatos:
Regulis arctis animos retundi,
Et iugo semper Domini polorũ
Subdere colla.

¶ Construe (imbuit) .i. docuit vel impleuit (post hinc) .i. deinde (homines beatos) .i. bonos vel benedictos (regulis arctis) .i. strictis (retundi) id est refrænari animos superbos: & docuit (subdere colla) .i. mentẽ semper iugo (Dñi polorũ) .i. pceptis dñi cœlorũ.

Ex quib⁹ Maurus sedul⁹ minister
Obsequens patri, latice leuatum
Gurgite fontis, puerũ retractum
Aequore traxit.

¶ Ex quibus) .s. sanctis: sanctus Maurus fuit (sedulus) id est assiduus (minister) .s. sancti Benedicti (obsequẽs) .i. obediens (Patri) .i. Benedictio (traxit puerum) .s. mersum. puerum dico (retractum gurgite fontis latice) .i. ex aqua æquoris (leuatum) .i. existentem super planiciem aquæ.

Hui⁹ ô Christe meritis precamur,
Vt arceas iram, tribuas fauorem,
Gratiam pręstãs, veniãq; nobis:
Mitis ad omnes.

¶ O Christe precamur veniam meritis ei⁹) sancti Benedicti (vt arceas) .i. repellas à nobis (irã: & tribuas fauorem) .i. auxiliũ: præstans gratiã virtutum & veniã pctõrũ nobis. Tu dico (mitis) .i. suauis respiciẽdo ad oẽs.

Præbe oramus Deus alme rector,
Vt fides nostra vitiis resistat:
Atq; virtutum studiis ministra,
Pectore puro.

¶ O alme Deus) .i. sancte (rector) id est gubernator (oramus) .i. deprecamur (præbe) .s. nobis (vt fides nostra resistat vitiis: atq; ministra studiis virtutum pectore puro. Gloria patri.

¶ Carmen est dimetrum iambicum cacometrum. Canitur in Quadragesimali ieiunio, quod est tempus ad pœnitentiam peccatorum aptissimum.

IAm Christe sol iustitiæ
Noctis recedant tenebrę:
Nunc mentis eas cæcitas:
Virtutum & lux redeat.

¶ In hoc hymno rogat author Deum vt in hoc tempore tribuat nobis cor pœnitens: & quos longanimitate pietas expectauit: sua benignitate ad se conuertat. O Christe Sol iustitiæ) .i. splẽdor pietatis (tenebrę noctis) id est peccata nostræ mentis. s. cæcitas (eat) id est recedat (nunc) id est in hoc tempore (& lux virtutum redeat) id est virtutes bonorum operum in nobis redeant, id est reuertantur.

Da tempus acceptabile,
Et pœnitens cor tribue:
Nos noxios transeat hoc,
Quod benignè prærogas.

¶ Da tẽpus acceptabile) id est congruum ad pœnitentiam: quod ante passionem. s. in veteri Testamento non erat: quia oculus pro oculo: & dens pro dente dabatur: modò autem non sic: & tribue nobis cor pœnitens, vt non (transeat) id est non reddat nos noxios (hoc) id est propter hoc (quod prerogas) id est interpellas Deum patrem pro nobis (benignè) id est misericorditer.

Quiddamq; peniteutiæ
Da ferre (licet grãdium)
Maiori tuo munere:
Quod dẽptio fit criminũ.

¶ O Christe (da quiddã). i. paululũ pœnitentiæ (ferre). i. agere nobis (qd'). i. ppter quam pœnitentiã (dẽptio). i. ablutio criminũ fit, & hoc (tuo munere). i. dono (maiori). s. criminibus: quia delet crimina (licet) pro quanuis (grandiũ). i. magnorum peccatorum.

Dies venit, dies tua,
In qua reflorent omnia:
Lætemur in hac, vt tuam
Per hanc reducti gratiã.

¶ Verè debes dare pœnitentiã quia tua dies iudicij vel paschalis festiuitas venit, quia nos sumus in quos fines sæculorum deuenerunt (dies). s. Paschalis (venit) id est accedit: dies dico illa (in qua). s. dies (omnia) scilicet mentes hominum (reflorent) id est micant virtutibus. ideò lætemur in hac die (vt) pro sicut (reducti sumus) id est redẽpti (per hanc tuam gratiam) id est gratis, & redemisti nos, & saluasti.

Te rerum vniuersitas
Clemens adoret trinitas:
Et nos noui per veniam
Nouũ canamus canticũ

¶ Et ideò (clemens Trinitas) in personis & vnitas in essentia (vniuersitas rerum) id est vniuersa res adoret te (& nos facti noui per veniam) id est per tuam gratiã (canamus canticum nouum) id est iubilæum: quod mente nec ore potest exprimi.

Præsta beata trinitas:
Concede simplex vnitas:
Vt fructuosa sint tuis
Ieiuniorũ munera. Amẽ.

¶ O beata Trinitas). s. trin' De' in psonis & (pręsta). i. dona (o simplex vnitas). s. substãtia (cõcede). i. iube (vt munera ieiuniorũ nr̃orũ sint fructuosa). i. fructus bonorũ ferẽtia (tuis) fidelibus ieiunãtibus. i. vt ieiunia nostra sint acceptabilia: & tibi placentia.

¶ Carmen est, quale illud: Primo dierum. Canitur à principio Quadragesimalis ieiunij.

¶ Materia huius hymni est commendatio ieiunij: & hortat̃ nos ieiunare & Deo seruire: & in hoc tẽpore ieiunij in orationibus plusquã in aliis diebus insistere: vt in die iudicij habeamus vitam æternam.

Audi benigne conditor
Nostras preces cũ fletibus
In hoc sacro ieiunio
Fusas Quadragenario.

O benigne conditor). i. creator omniũ rerum (audi preces nr̃as cũ fletibus) preces dico (fusas in hoc sacro ieiunio quadragenario). i. in nũero quadraginta dierũ: in quibus dignè ieiunare debemus.

¶ Et quia fundimus preces (o alme scrutator) id est inquisitor omnium cordium nostrorum: benè dico scrutator: quia (tu scis) id est cognoscis infirma virium (exhibe) .i. ostende, vel da gratiam remissionis tuæ (reuersis ad te) id est pœnitentibus.

Scrutator alme cordium,
Infirma tu scis virium:
Ad te reuersis exhibe
Remissionis gratiam.

¶ Benè dixi reuersis: quia peccauim⁹ multum (quidem) id est certè (sed parce) id est condona confitētibus peccata (& confer) id est tribue (medelam languidis) id est medicinam peccatoribus (ad laudē tui nominis) id est ad hoc vt nomen tuū laudetur.

Multum quidē peccauimus,
Sed parce confitentibus:
Ad laudem tui nominis
Cōfer medelā languidis.

¶ Et conferendo medicinā (dona conteri) .i. minui (per abstinentiam) .s. comestionis (corpus) .s. nostrū (extra) se. (sic vt mens sobria) .i. abstinēs vel modesta (ieiunet prorsus) id est omninò (à labe) id est à putredine (criminum) id est peccatorum.

Sic corpus extrà conteri,
Dona per abstinentiam:
Ieiunet vt mens sobria
A labe prorsus criminū,

¶ In hoc hymno hortatur nos author vt ab omni peccato abstineamus: & rogemus Deum cum lachrymis & precibus vt ipse remittat peccata nostra nobis: & nos mundet ab omni vitio id est peccato: quibus .s. peccatis: offendimus Deum contra nos (corde) id est vana cogitatione (verbis) id est iniquis sermonibus & turpiloquiis (operibus) id est prauis & illicitis actibus.

ECce tempus idoneum,
Medicina peccaminum:
Quibus Deum offendimus
Corde, verbis, operibus.

¶ Dico, ꝙ verbo & opere Deum offendimus (qui) scilicet Deus existens (pius & propitius) id est misericors (pepercit nobis hactenus) id est hucusq;: nè secundum mala nostra nos pariter cum nostris iniquitatibus perderet: sed ita pepercit, vt mediante paterno auxilio ad ipsum veniamus: & amodò in bonis operibus perseueremus.

Qui pius & propitius
Nobis pepercit hactenus:
Ne nós cum nostris perderet
Tantis iniquitatibus.

¶ Et quia pepercit nobis misecorditer (placemus) .i. placatum nobis faciamus (hunc) scilicet Deum, & quomodò? (cum ieiuniis) id est cum abstinentia cibi & potus: & (cum precibus) id est orationibus asiduis: quia ipse ait: Petite & accipietis. & alibi: Amen dico vobis: quicquid orantes petitis, credite: & fiet vobis (& cum lachrymis) cōpunctionis (& cum multis bonis aliis placemus) eum scilicet (deuotissimè) id est cum magna deuotione.

Hunc igitur ieiuniis,
Cum precibus, & lachrymis,
Multisq; bonis aliis
Placemus deuotissimè.

Vt nos

Vt nos à cunctis sordibus
Purgans, ornet virtutibus,
Angelicis & cœtibus
Nos iungat in cœlestibus.

¶ Dixi ꝙ placemus cū deuotissimè: vt ipse(purgās nos à cūctis sordibus).i.peccatis(ornet nos virtutibus) & faciat nos perseuerare in eis(& iungat nos in cœlestibus).i.in regno cœlorū(angelicis cœtibus).i.societatibus angelorum.

Sit benedictus genitor,
Eiusq; vnigenitus,
Cum spiritu paraclêto
In sempiterna sęcula. Amē.

¶ Genitor).i.Deus pater sit bñdict⁹ (q;) pro &(eius vnigenitus) .i.Christus: qui est filius vnicus eius(sit benedictus cum spiritu paracleto) id est consolatore, imò aduocato in sempiterna sæcula.

CLarum decus ieiunij
Mōstratur orbi cœlitus:
Quod Christus autor oīm
Cibis dicauit abstinens.

¶ In hoc hymno hortatur nos: & admonet autor ieiuniorū humilitatē: autoritateq; habere a Christo: & efficaciā: & vt antiqui patres Moyses & Helias consecuti suut vitā æternā: ita & nos cōsequamur. Construe(clarū decus ieiunij).i.cōmēdabile ieiuniū(mōstratur).i.datur(cœlitus).i.à cœlo(orbi).i.mūdo: quod ieiuniū Christus autor oīm rerū, abstinēs à cibis(dicauit).i.sanctificauit: vel(autor).i.factor oīm rerū: dicauit ieiuniū.

Hoc Moyses charus Deo,
Legisq; lator factus est:
Hoc Heliam per aëra
Curru leuauit igneo.

¶ Hoc)id est ex hoc ieiunio (Moyses charus deo).i.dei amicus est, cui data est lex in tabulis lapideis(& fact⁹ est legislator) id est dator legis: quia ipse dedit nobis legem: quā à Deo acceperat: & (hoc) scilicet ieiunium. (Heliam leuauit in curru igneo per aëra).i.per aërem ad cœlū: quia transgressus iordanē cū socio suo Helisæo, dimisso pallio raptus est curru igneo in cœlum : post Helisæus reuersus, percussit Iordanem cum pallio: & aqua recessit: & trāsiuit sicco vestigio.

Hoc Daniel mysteria
Victor leonum viderat:
Per hoc amicus intimus
Sponsi Ioannes claruit.

¶ Hoc)id est ex hoc ieiunio. Daniel viderat mysteria: & hoc cognouerat per spiritum sanctū(victor).i.superator leonū, & (per hoc).s.sanctum ieiuniū(Ioānes amicus intimus sponsi)id est Christi fidelissimus(claruit).i.clarus factus est.

Hæc nos sequi dona Deus
Exempla parsimoniæ,
Tu robur auge mentium
Dans spiritale gaudium.

¶ Et quia isti facti sunt sancti vel beati: O Deus dona).s.nobis : vt nos possimus (hæc sequi per exempla).s. eorum (parsimoniæ)id est abstinentiæ cibi & potus: &(tu auge robur)id est fortitudinē(mentium: dās spiritualegaudium.

Præsta pater per filium,
Præsta per almum spiritū,
Cum his per æuum triplici
Vnus Deus cognomine.

¶ O pater præsta nobis hæc.s. quæ supra orauimus(per filiū).i. amore filij, &(per almū).i.spiritū, tu dico existēs (vnus De⁹ per æuū) id est inæternū (cū his) .s.filio & spiritu paracleto, triplici cognomine.

Carmen est, quale illud, Primo dierum. Canitur à principio quadragesimalis ieiunij. Cõmemorata ieiunij ratione, multipliciter Dei mĩam atq; peccatorũ veniã implorat.

EX more docti mystico
Seruemus hoc ieiunium,
Deno dierum circulo
Ductũ quater notissimo.

¶Materia huius hymni est cõmẽdatio ieiunij: & hortatur nos ieiunare, & Deo seruire hoc tempore ieiunij in orationibus & bonis operibus plusquam aliis diebus: vt inde habeamus vitã æternã. O fratres (seruemus hoc ieiuniũ) in quo modo sumus. s. caste & honeste: nos (docti). i. instructi (ex more). i. ex cõsuetudine (mystico). i. figurato: ieiunium dico (ductũ notissimo circulo). i. reuolutione (quater deno dierum) id est per quadraginta dies: vel (ducto) scilicet circulo.

Lex & prophetæ primitùs
Hoc ꝑtulerũt: postmodũ
Christus sacrauit, omniũ
Rex atq; factor temporũ.

¶Lex data per Moysen: & prophetæ. s. Helias & alij prætulerũt hoc ieiuniũ: & (Christus sacrauit). s. illud (postmodũ). i. postea: quia per quadraginta dies donans nobis exemplum, vt tẽpore ieiunij valeamus redimere totius anni deperdita tempora per opera nostra praua: ieiunãdo per quadraginta dies à malis abstinendo. Et bene debemus ieiunare, quia prophetæ ieiunauerunt, & Christus rex & factor omnium consecrauit illud ieiunium.

Vtamur ergo parciùs
Verbis, cibis, & potibus,
Somno, iocis, & arctiùs
Perstemus in custodia.

¶Et quia prophetę & postea Christus consecrauit hoc ieiuniũ (vtamur ergo parcius) idest temperantius quã in alijs diebus (verbis). s. malis (& cibis & potib⁹). i. à supfluitate comestionis & ebrietate abstineamus: quia mediãte crapula in peccatis labimur, & venter mero æstuans de facili spumescit in libidinem: & non solum istis vtamur parcius, sed etiã (iocis). s. illicitis: & (somno). i. a dormitione: & (arctius). i. strictius (perstemus). i. perseueremus in custodia animæ nostrę.

Vitemus autem pessima:
Quę subruũt mẽtes vagas.
Nullumq; demus callido
Hosti locum tyrannidis.

¶Dico ꝙ relictis vitijs perstemus in custodia virtutũ, & vitemus). i. abijciamus à nobis (pessima). i. peccata vel praua opera (quæ subruunt mẽtes vagas). i. aggrauant (que) pro & (non demus vllũ locũ). i. vllã causam nocendi (tyrãnidis). i. peccati vel crudelitatis (callido hosti). i. diabolo.

DIcamus omnes cernui,
Clamemus atq; singuli:
Ploremus ante iudicem,
Flectamus iram vindicem.

¶In hoc hymno hortatur nos autor vt rogemus Deũ precibus & lachrymis: vt ipse auertat à nobis suã iram & remittat nobis delicta nostra. Nos (oẽs cernui). i. inclinati & humiles (dicamus). i. confiteamur. s. peccata nostra (& singuli). i. quilibet nostrũ (clamemus) id est vociferemur pro

venia: & (ploremus) id est defleamus, scilicet peccata nostra (ante iudicem).i. Christum: qui est futurus iudex: iudicare viuos & mortuos, & sæculũ per ignẽ: & quare dico ꝙ clamemus.s.vt (flectamus iram vindicem).i. iracundiam vindicantem: & vindictam accipientem de commissis peccatis.

Nostris malis offendimus
Tuam deus clementiam:
Effunde nobis desuper
Remissor indulgentiam.

¶O deus nos (offendimus) id est irritauimus (tuã clemẽtiam).i. tuã benignitatem (nostris malis).i. carnalibus operibus: & quia tu pius & misericors es: & dixisti, Nolo mortem peccatorũ, sed vitã: & cõuertantur & viuant per cordis cõpunctionem. O (remissor).i. condonator delictorũ (effunde).i. emitte nobis (desuper).i. de superno solio (indulgentiam).s. peccatorum.

Memento quæ sumus tui
(Licèt caduci) plasmatis:
Nè des honorem nominis
Tui, precamur, alteri.

¶Et mittere debes de cœlo nobis veniam: quia nos redemisti sanguine tuo: & ideô (memẽto) O Domine quia tui sumus redẽti (licet) pro quãuis (caduci plasmatis).i. fragilis naturæ: quia de limo terræ: & (precamur) te.s. Domine (nè tu des).i. permittas (alteri).i. inimico humani generis (honorem nominis tui) sed nobis: quia nomine tuo christiani vocati sumus.

Laxa malum, quod gessimus,
Auge bonũ, qđ poscimus:
Placere, quò tandem tibi
Possimus hîc & perpetim.

¶Et quia alter non debet occupare honorẽ tui nominis: rogamus te (laxa).i. dimitte nobis (malũ).i. peccatum (quod gessimus).i. quod male perpetrauimus: & (auge).i. augmenta (bonum quod poscimus) à te (quò) pro vt (possimus) id est valeamus (placere tibi tandem) id est hic in præsenti, id est in conspectu tuo (& perpetim) id est perenniter.

¶Carmen est, quale illud, Primo dierum. Canitur in quadragesimali ieiunio à Dominica in passione. Cõmemorata Christi Passione, crucem maximis laudibus prosequitur.

Vexilla regis prodeunt,
Fulget crucis mysterium,
Quo carne carnis conditor
Suspensus est patibulo.

¶Materia huius hymni est talis, vt dicit beatus Ambrosius: Passio Domini venit: & quia venit, debemus de passione aliquid agere. Et quia debemus de passiõe aliquid dicere, ergo dicamus (Vexilla regis) Vexilla Domini sunt ista: Baptismus, de quo ipse dicit, Nisi quis renatus fuerit &c. Item vexilla sunt corpus & sanguis eius. Vnde ipse dicit, Nisi manducaueritis carnem filij hominis &c. Construe (Vexilla) id est signa (regis).i. Christi (prodeunt).i. apparent (mysterium) id est sacrificium, scilicet passio Christi crucis fulget (mysteriũ) quia expugnauit diabolũ, quo mysterio (conditor) id est creator carnis: suspensus est patibulo: & hoc (carne) id est pro humano genere: vel in carne sua propria.

¶Ego

Confixa clauis viſcera,
Tendens manus veſtigia,
Redemptionis gratia,
Hìc immolata eſt hoſtia.

¶Ego dixi ꝙ Chriſtus ſuſpēſus eſt in patibulo.i.cruce, & ideò Chriſtus immolata eſt hoſtia:vel talis eſt litera.ſ. in ara crucis(gr̄a redemptionis).i.ſaluatio humani gn̄is(tēdēs).i.extēdens(manus).ſ.ſuas in cruce,& tēdēs (veſtigia) ſanguinis ipſius, & per hoc notatur ꝙ ſanguis fluxerat per totū corpus ipſius,tendēs dico (viſcera) numerabilia:quia in tantum fuit extenſus chriſtus in cruce: ꝙ om̄ia mēbra ipſius poterāt numerari(confixa).i.perforata,clauis.Claui enim ſunt poſiti in manibus ſuis & pedibus.& lancea in latere:& inde exiuit ſanguis & aqua.Exinde dico manauit ſanguis redēptiōis:& aqua baptiſmatis,ex quibus nos chr̄iani regeneramur in fonte,& in ſacro baptiſmate.

Quo vulneratus inſuper
Mucrone diræ lanceæ,
Vt nos lauaret crimine
Manauit vnda ſanguine.

¶Ecce myſterium crucis fulget per totū mundū,quia per crucem habemus altare, per corpus Chriſti hoſtiā, per ſanguinem vinū:& per ſudorem aquā, ex quibus ſacrificiū facimus ſingulariter, quia ex immolatiōe crucis ſibi fit altare, & ideò per crucem habemus altare,in quo ſacrificam⁹(quo).i.in quo patibulo(vulnerat⁹ inſuper) ſcilicet ſuper clauos(mucrone).i.acumine (lanceæ diræ)id eſt crudelis,& ad quid? ad hoc ſcilicet(vt nos lauaret crimine).i.à peccato (vnda)ideſt aqua(manauit).i.perfluxit cū ſanguine.

Impleta ſunt, quæ concinit
Dauid fidelis carmine,
Dicendo nationibus
Regnauit à ligno Deus.

¶Et eo tēpore perpetrata ſunt q̄ ſcripta ſunt de Chriſto per prophetas. Vnde ipſe ſumēs acetum in cruce cū ſpongia:dixit, Cóſummatum eſt.(quæ Dauid concinit) id eſt ꝓphetauit(fideli carmine).ſ.in Pſalterio:ſunt impleta iſta (dicendo nationibus).i.gentibus diuerſis(Deus regnauit à ligno)id eſt à paſsione ſurrexit.

Arbor decora,fulgida,
Ornata regis purpura,
Electa digno ſtipite
Tam ſancta mēbra tāgere.

¶Et quia pepēdit in cruce poſſumus proferre vocem admirationis.O quantū fuit ornata(arbor decora)ideſt pulchra (fulgida)ideſt ſplendida(ornata)id eſt decora(purpura regis)id eſt purpureis membris Chriſti, arbor dico (electa tangere) id eſt ſuſtinere tam ſancta membra (digno ſtipite)id eſt ſancto trunco.

Beata cuius brachijs
Pretium pependit ſæculi:
Satêra facta corporis
Prædamq́; tulit tartaris.

¶ Vere beata fuit arbor vel crux: in qua (pependit pretium ſæculi) id eſt mundi.ſ. Chriſtus (brachiis) id eſt cornibus (cuius)ſcilicet crucis(pretium ſæculi)id generis humani(pepēdit)arbor dico (ſtatera) id eſt libra corporis Chriſti (tulit prædam tartaris) nam deſcendens Dominus de cruce ad tartara:nullum de ſuis ibi reliquit.In hoc loco ſermo dirigitur ad crucem.

O crux aue spes vnica,
Hoc pasionis tempore
Auge pijs iustitiam:
Reisq; dona veniam,

¶Et quia es statera facta. O crux aue) id est salue, tu dico vnica spes nostra (auge) id est multiplica (iustitiam pijs) idest pietaté habentibus hoc tempore pasionis. & (dona veniã) id est remisionem peccatorũ (reis) id est ipsis peccatoribus.

Te summa Deus Trinitas
Collaudet omnis spiritus:
Quos per crucis mysterium
Saluas, rege per sæcla. amẽ.

¶Et quia nos redemisti tuo sanguine: ideo O summa Trinitas Deus omnipotẽs omnis spiritus collaudet te: & (quos) scilicet homines (per mysteriũ crucis) id est per pasioné (saluas) id est liberas (rege per sæcula) scilicet cuncta. Amen.

¶Carmen est sapphicum trochaicũ constans trochæis in locis imparibus: in locis verò paribus trochæo vel spondęo est catalecticum, idest vna syllaba deficiẽs. Canitur in quadragesimali ieiunio à Dominica in pasione. Narrat quemadmodùm pro redemptione generis humani Christus natus, atq; passus est.

PAnge lingua gloriosi prælium certaminis
Et super crucis trophæum dic triumphum nobilem,
Qualiter redemptor orbis immolatus vicerit.

¶Hymn⁹ iste cõtinuatur superiori, dixerat enim ꝙ dñs positus fuit in cruce, & latus eius perforatũ: & sic deprecamur eũ ꝙ sicut mortuus est. i. sicut corpus: qd' assumpsit in virgine: & in cruce mortificari passus est pro nostra redemptione, & ad inferna descẽdit, cum diabolo pugnauit: & eum superauit: sic faciat nos vincere cuncta nobis aduersantia. s. diabolum, mundũ, & concupiscentiam eius: & domesticũ inimicum. s. carnem: de qua dicitur, Quanto familiaris est pestis: tanto periculosior. O lingua pange). i. manifesta (prælium certaminis gloriosi) id est victoriam: quam Christus obtinuit moriendo secundum carnẽ: quãdo vicit mortem morte sua. Vnde ipse ait, O mors, ero mors tua. &c. (& super trophæum) scilicet de victoria crucis (dic triumphum nobilem) de inimicis fugatis (qualiter redẽptor) id est liberator (orbis) id est totius mundi (immolatus) in ara crucis (vicerit). i. vicit diabolũ. Et nota ꝙ ante pasionem Christi diabolus duas manus, id est duas potestates. s. in corpore & anima hominis habuit, quia quosdã in corpore & in anima, quosdã tantũ in anima post mortẽ trahebat ad se. Sed modo post pasionem, vnam habet. s. de duabus potestatibus amisit vnam.

De parentis protoplasti fraude facta cõdolens,
Quãdo pomi noxialis morte morsu corruit,
Ipse lignũ tũc notauit: dãna ligni vt solueret.

¶In hoc loco apostrophat se autor, si aliqs forte diceret: quare fuit immolatus: respõ

deo sic,quia cõdoluit de deceptione primi parentis.s.Adæ,Christus(condolens de facta fraude parentis) nr̃i Adæ (protoplasti).i. primo formati (qñ corruit) primus parẽs(morte).i.in mortẽ:& (hoc morsu vetito pomi noxialis).i. nociui (ipse Christus tunc notauit).i.præordinãdo significauit lignũ crucis (vt solueret).i.recuperaret (dãna ligni).s.quæ venerant per lignum.i.pomum vetitum.

¶Bene dico ꝙ Christ⁹ tunc notauit lignũ vt solueret damna ligni: quia nullo alio modo poteram⁹ recuperari, & hoc aggreditur dicere.

Hoc opus nostræ salutis ordo depoposcerat:
Multiformis proditoris ars vt artẽ falleret:
Et medelam ferret inde,hostis vnde læserat.

Ordo salutis nostræ depoposcerat hoc opus).s.vt Deus carnẽ sumeret: & patibulũ crucis subiret:& per lignum dãna ligni soluerentur(vt ars).i.Deus:qui est artifex omniũ rerum(falleret).i. destrueret(artem multiformis proditoris) id est diaboli:& Christus(ferret medelã).i.salutẽ omniũ gentiũ(inde).i.ex illa re.s.à ligno(vnde).i.de quo ligno(hostis).i.diabolus(læserat).i.nocuerat.

¶Ergo qñ).i.postquã (plenitudo tẽporis).i. qñ vltima ætas venit, id est vt De⁹ sacrificaret filium(cõditor orbis).i. Christus natus

Quando venit ergo sacri plenitudo temporis,
Missus est ab arce patris natus orbis cõditor:
Atq; ventre virginali caro factus prodijt.

(missus ab arce patris).s.in mũdum(atq; factus caro)vel carnalis(prodijt)id est exijt de vẽtre virginali.Et nota:ꝙ sicut flos sine macula pulcher & olens ac suauis nascitur:ita Christus sine semine & sine crimine de vtero virginis Mariæ prodijt.

¶Infans).i. Christus (posit⁹ inter arcta).i. angusta p̄sepia(vagit) i.plãgit. Et nota:ꝙ vagire est propriũ puerorum:

Vagit infans inter arcta positus præsepia:
Mẽbra pannis inuoluta virgo mater alligat:
Et manus,pedesq;,crura stricta,cingit fascia.

virgo Maria mater sua(alligat membra sua inuoluta pãnis & fascia) id est vitta,splenio,siue lemnisco cingit pedes, manus & crura stricta.

¶Gloria & honor deo sit vsq;quò) imò vsq; ꝗq,.i.semp(altissimo) .i.ęqualiter p̄ri & filio (inclyto).i.gl'ioso(paracleto).i.spiritui sancto

Gloria & honor Deo vsq;quo altissimo:
Vnà patri, filioq;, inclyto paraclẽto:
Cui laus est & potestas per ęterna sęcl'a. amẽ.

(sit laus & gloria) similiter æqualis gloria, coæterna maiestas: & tribus personis & vni deo:cui laus & potestas est per æterna sæcula.Amen.

¶Carmen est simile superiori. Canitur tempore ieiunij Dñica in passione.Cõmemorata Christi passione conuertit se ad laudes crucis,in qua passus est.

Lustra

Lustra sex, qui iam peracta tempus implens corporis,
Se volente natus ad hoc passioni deditus,
Agnus in cruce leuatur, immolandus stipite.

¶Nota q̄ lustrū dicitur spatiū quinq; annorū:& dicitur a lustrādo:eo q̄ Romani lustrabant per spacium quinq; annorū totam Romā,& nos similiter per quinq, ætates debemus lustrare totam Romā.s.sanctam ecclesiā vincentem inimicos. Hymnus iste sic cōtinuatur. Christus carnaliter erat triginta annorū cū esset deditus passioni. Lustra sex &c. Et nota q̄ accusatiui:vel ablatiui possunt ibi legi. Ablatiui sic leguntur:Christus(qui est implens tēpus).id est ætatē(corporis).s. humani sex lustris iā peractis:& textus pōt habere lustris sex iam peractis. Frequētius tamē est vt accusatiui ibi legātur sic:Christus(qui est implens tempus) id est ætatem corporis humani.s.per sex lustra iam peracta natus (se volente).i. sponte natus(ad hoc) vt pateretur(agnus).i.Christus sine macula (deditus passioni (leuatur in cruce)à Iudæis (immolādus).i.sacrificandus(stipite).i.ligno. A N T O. Agnus in cruce leuat̄,imò Agnus in crucis leuatur,& est ordo. Agnus leuatur immolādus in stipite crucis & hoc ex ratione carminis & orationis contextu:neq; legi potest sex lustris: quia non staret versus.

Hìc acetum,fel,arundo,sputa,claui,lancea
Mite corpus perforatur,sanguis vnda profluit:
Terra pontus,astra, mundus,quo lauantur flumine.

¶Hic.).i.in cruce dederunt ei(fel & acetū)vel fel mixtū aceto (& arūdo).i. ca calamus traditur ei in signum derisionis pro sceptro:& præter hæc(sputa)adhibita sunt ei:(corpus mite).i.suaue(perforatur)clauis(& lācea) & inde (sanguis & vnda).i.aqua(profluit).i.exiuit de corpore eius(quo flumine).i.p̄ qua sanguinis effusione(terra).i.humiles(pontus).i.fluctuātes vitio(astra).i.iusti (& mūdus).i.mūdani(lauātur).i.purgant̄. Per aquā debem⁹ intelligere baptismū: per sanguinē chrisma:& dicūt quidam q̄ angeli boni purgati sunt de labe quā habuerūt de illis qui ceciderūt:vt lucifer & sui cōplices:& ideò dicit astra.

Crux fidelis, inter omnes arbor vna nobilis:
Nulla sylua talē profert frōde, flore, germine.
Dulce lignū,dulces clauos,dulce pōd⁹ sustinet.

¶Et quia redemit nos in cruce leuat⁹: oēs debemus clamare. O crux fidelis, inter oēs vna).i.sola(nobilis)quia(nulla sylua profert talē)arborē(frōde).i.protectione(flore).i. decore(germine).i.fructu vel radice:vel(flore).i.Christo:qui vocatus est flos à prophetis:quia sicut flos p̄cedit sine fœditate vel aliqua putredine:ita Christus ex vtero virginis processit sine aliquo peccato(dulce lignū).s. crucis fuit illud, quod sustinet dulces clauos,quibus Christus affixus est: & dulce quoq; lignum illud est qd' sustinet(dulce pōdus).i.Christum.

Flecte ramos arbor alta:tensa laxa viscera:
Et rigor lētescat ille,quē dedit natiuitas,
Vt supni mēbra regis miti tēdas stipite.

¶Et pretiū mūdi pepēdit in te,ideò.O arbor alta flecte) i. hūilia (ramos) .i.brachia crucis:&(laxa).i.relaxa viscera Chri(tēsa).i.extēsa in te:& (ille rigor).i.duritia (lētescat)

(lĕtescat).i.mollescat(quem).s.rigorem(natiuitas).i.natura dedit tibi (vt tendas stipite).i.in cruce(miti).i.humili(mēbra superni regis),i.Christi.

Sola digna tu fuisti ferre sæcli pretium:
Atq; portum præparare nauta mūdo naufrago:
Quem sacer cruor perunxit, fusus agni corpore.

¶Tu sola fuisti digna ferre precium sæcli).i.sustinere illū: qui fuit appretiatus triginta argenteis (atq; præparare portum quasi nauta mundo naufrago) id est periclitanti.i.omnibus periclitantibus (quem) mūdum (sacer cruor) id est sanctus sanguis(perunxit).i.mūdauit.ille sanguis dico:(fusus corpore agni,)id est Christi : qui tanquam agnus ductus est ad occisionem.

¶Metrū est iābicū, autor Ambrosius.Cātatur tēpore paschali.

Chorus nouæ Hierusalem
Noua melos dulcedine
Promat colens cum sobrijs
Paschale festum gaudijs.

¶Materia huius hymni est inuitare nos ad laudem festi paschalis cum militauerimus contra diabolum , dicit enim, chorus nouæ. &c. Notandum est, ꝙ primo vocabatur illa ciuitas Iebus: secūdo Iebusalem,tertio Salem, quartò Hierusalem,per quod significatur multiplex hominis status. Iebus enim interpretatur conculcamen,& hoc est quando aliquis in adolescentia intonsus efficitur.Iebusalem interpretatur pax,conculcationis,& hoc est quādo aliquis habitat:& delectatur in prædictis.Salem interpretatur Pax:hoc est quando aliquis reuersus est a vitijs.Hierusalē interpretatur visio pacis,& hoc est qū aliquis fruetur cœlesti gaudio. Vnde hoc nomen Hierusalem quatuor modis accipitur ad lrām. Hierusalē est illa ciuitas Palestinę.Anagogicè,Hierusalē est ecclesia triūphans.s. chorus cœlestis patriæ.In hoc loco accipitur sic(Chorus nouæ Hierusalē) id est nouæ animæ,scilicet cuiuslibet hominis bene innouati & purgati a vitijs(promat noua dulcedine) id est dulce melos.Melos dicitur a meli:quia sicut mel fit ex diuersis generibus rerum:Ita & melos est:quod fit ex diuersis notulis vocū: vnde Cātate Dño canticū nouū.Mel dicitur à miscēdo. Vnde prohibebatur in lege:ꝙ nemo in sacrificio poneret mel: sed semper sal.Mel enim fit ex diuersis generibus rerū.Homo non debet esse diuersus,sed vniformis in bono. Tū vinū & sicerā nō bibit,etiā sumitur hic vinū in mala significatione.Vinum fit ex vno gñe rerū.illi bibūt,qui tale quid faciūt semper:qđ nulli sit rep̄hensibile. Sicera fit ex diuersis gñibus rerū:quæ duo mixta vnū corrūpit aliud,vt de ceruisia,aut granū corrupit aquā:aut aqua granū.Ille ergo bibit sicerā,qui facit aliquid,qđ videtur de genere bonorū:cū non sit.chorus dico(colēs festū paschale:cum gaudijs sobriis) quod cōuenit ad corpus. Vnde Sobrie iustè & pie viuamus in hoc sæculo.iustè,quo ad proximum.pie,quo ad Deū.sobrie,quo ad nosmetipsos.

Quo Christus inuictus leo
Dracone surgens obruto,
Dum voce viua personat,
A morte functos excitat.

¶Quo) scilicet festo paschali(Christus inuictus Leo) vt narrat physiologus, sicut Leo rugitu suo resuscitat catulum post triduū,ita pater filiū,quare dictus est Leo,ille dico(surgens dracone)id est diabolo (obruto) id est lapso : imo ter-

terra obuoluto, conculcato, & in tenebris profligato (dum viua voce personat) vt genus viperarum. Vnde docuit nos fugere à ventura ira: vel generaliter potest legi de angelis: qui viua voce resuscitabunt mortuos ad iudicium (excitat functos à morte) secundum primam literam (à morte) id est à mortali peccato: secundum aliam literam (à morte) quam omnis homo habebit.

Quam deuorârat improbus,
Prædam refudit, tartarus,
Captiuitate libera
Iesum sequuntur agmina.

Ipsum canendo supplices
Regem precemur milites,
Vt in suo clarissimo
Nos ordinet palatio.

Per sæcla mente nescia
Patri supremo gloria
Honorq; sit, & filio:
Et Spiritui paraclêto. Amen.

¶ Ipse. s. Deus (refudit) retro fudit, vel reddidit prædã: quam (tartarus). i. infernus (improbus). i. insatiabilis (deuorârat). i. ad se traxerat: captiuitate libera (agmina). s. animæ sanctorũ sequuntur te Iesum: vnde illud, quocũq; pergis &c. ¶ Nos supplices). i. hũiles (p̃cemur ipsũ regẽ). i. Christũ. nos dico milites: precemur inq̃ Christũ cũ p̃ce & laudibus (vt ordinet nos ĩ suo clarissimo palatio). i. in cœlo inter sctõs. Vnde in Euãgelio: In domo p̃ris mei mãsiones multæ sũt. ¶ Gloria sit patri supremo). i. excelso (p̱ sęcla). i. p̱ sęcula, & est ibi syncopa: gloria dico (nescia mente) cõprehensibilis possibilitate humana. Vnde De⁹ regnauit in æternum & vltrà (& honor sit ei) .s. patri cum filio & Spiritui Paraclêto id est aduocato. Amen.

¶ Carmen est dimetrum iambicum cacometrum. Canitur tempore Paschalis resurrectionis. Commemorat beneficia, quæ ex Christi passione atq; resurrectione accepimus.

REx æterne Domine
Rerum creator omnium:
Qui es & ante sæcula
Semper cum patre filius.

¶ Omnes isti hymni habent vnam materiam & vnam intentionẽ: quia de passione Christi & de resurrectione tractant. ostendit enim, quòd sicut mortuus est propter delicta nostra, sic & resurrexit p̱pter iustitiam & iustificationẽ nostram: & contulit nobis verum Pascha, id est transitum de terra ad cœlum: de inferno ad paradisum. Item rogat: vt sua resurrectio sit nostra redemptio: & in Paschali tempore vel gaudio id est in die iudicij defendat nos à periculo mortis id est damnatione. Vel materia huius hymni est vt Deum deprecemur: vt sicut ille plasmauit Adam: & accepit corporis eius formam: vt nos redimeret à potestate Diaboli: & iungeret nos Deo patri: ità liberet nos ab omni delicto in hoc Paschali gaudio. (O Domine æterne rex) quia in omni tempore es Rex regum, tu dico (creator omnium) scilicet rerum: (& qui semper es filius cum patre ante sæcula) id est ante mundi constructionem.

Qui mundi in primordio
Adam plasmasti hominem:
Cui tuæ imagini
Vultum dedisti similem.

¶ Qui plasmasti) .i. formasti de nihilo (hominē Adam in primordio) .i. in principio mūdi (cui) .s. Adæ (dedisti vultū similē) .i. mentē similem per rationē (tuæ imagini) .i. tuæ formæ. Vnde in Genesi: Formauit Deus hominem ad similitudinem suam.

Quem Diabolus deceperat
Hostis humani generis:
Cuius tu formam corporis
Assumere dignatus es.

¶ Quē .s. Adā (diabol⁹ hostis) .i. insidiator humani generis, vel (hostis) quia nos in Adam deceperat: ideò tu formam Adæ (dignatus es assumere) vt sic in humana forma nos redimentes (cuius) .s. Adæ, dignatus es assumere corporis formam.

Vt hominem redimeres,
Quē antè iam plasmaueras,
Et nos Deo coniungeres
Per carnis contubernium.

¶ Dico quòd dignatus es formā serui tui accipere ad hoc vt redimeres hominem scilicet Adam: & alios: quem hominem iam ante plasmaueras, & nos redimendo coniungeres Deo patri (per contubernium) .i. per vnionem vel per habitaculum: vel per coniunctionē (carnis) .i. humanitatis.

Quem editum ex virgine
Pauescit omnis anima:
Per quem & nos resurgere
Deuota mente credimus.

¶ Quem editum) id est natum ex virgine Maria (omnis anima) .i. Spiritus rationalis (pauescit) .i. miratur: per quem credimus resurgere nos, dum veneris iudicare viuos & mortuos, deuota mente.

Qui nobis per baptismum
Donasti indulgentiam:
Qui tenebamur vinculis
Ligati conscientiæ.

¶ O tu Christe, qui donasti nobis) .s. omnibus credentibus piè, & qui (donasti indulgentiam) originalis peccati, id est remissionem per baptismum: qui tenebamur ligati vinculis conscientiæ.

Qui crucē proter hominem
Suscipere dignatus es:
Dedisti tuum sanguinem
Nostræ salutis pretium.

¶ Qui dignatus es suscipere crucrē) .i. passionem crucris propter hominē (& dedisti tuum sanguinē pretiū nostræ salutis) quia cum sanguine tuo emisti nos & redemisti.

Quæsumus author omnium
In hoc paschali gaudio,
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.

¶ Et quia tot & tanta fecisti: & quòd nos à morte liberasti, ideò (ò author omniū rerum quæsumus) .i. rogamus te (in hoc paschali gaudio) .i. in tua resurrectione: (defende) id est protege populū tuum à morte æterna iam redemptum (ab omni mortis impetu) id est ab omni periculo: nè denuo in mortem corruamus.

¶ Carmen est dimetrum iambicum cacometrum: Canitur tempore paschalis resurrectionis. Commemoratis iis quæ in resurrectione Christi contigerunt, petit corda nostra ab illo possideri.

AVrora lucis rutilat,
Cœlū laudibus intonat:
Mundus exultans iubilat,
Gemens infernus vlulat.

¶ Materia huius hymni est laudare Deū, & extirpare vitia, & adhærere virtutibus. Et nota quòd Ecclesia dicitur aurora: qa sicut aurora expellit tenebras: ita ecclesia penitus extirpat vitia & peccata. Aurora dicitur, quia Christus resurrexit. cœlestes creaturæ intonant laudibus: & homines exultantes laudant: & Diabolus vlulat & gemit. Expone ergo sic. Aurora lucis rutilat) id est quando aurora pullulat, & incipit diescere (cœlum) id est cœlestis creatura (intonat) id est resonat laudibus (mundus exultans iubilat) id est homines credētes in Deum cantant: & (infernus gemens) id est Diabolus (vlulat. i. plāgit: quia dolet in amißione eorum, quos tenebat mortuos. s. Adam & alios, quos secum Deus traxit ad requiē.

Cùm Rex ille fortißimus,
Mortis confractis viribus,
Pede conculcans tartara
Soluit à pœna miseros.

¶ Dic, quòd cœlum tunc intonat laudibus (cùm rex ille fortißimus) id est Christus (conculcans pede) .i. pietate sua (tartara). i. diabolum (soluit). i. liberauit (miseros) homines à pœna diaboli, & hoc (cōfractis viribus mortis) .i. diaboli.

Ille, qui clausus lapide
Custoditur sub milite,
Triumphans pōpa nobili
Victor surgit de funere.

¶ Verè fractis viribus mortis. i. diaboli: soluit à pœna miseros hoīes: qa (ille clausus lapide). i. monumento (custoditur). i. vigilatur (sub milite). i. sub militibus: singulare ꝑ plurali per synecdochē. qui (triūphans). i. vincens (pōpa nobili) .i. victoria: quia tunc animas ab inferis extraxit (surgit). i. se sursum erigit (de funere) id est de morte (victor). i. triumphator.

Solutis iam gemitibus,
Et inferni doloribus:
Quòd surrexit Dominus,
Resplendēs clamat angelus.

¶ Accipe de prædicto versu, Christus erat victor (solutis iam gemitibus & inferni doloribus: angelus resplendens) id est valde nitens (clamat) dicens mulieribus, Ite dicite Discipulis eius & Petro: quia surrexit Dominus.

Tristes erant Apostoli
De nece sui Domini:
Quem pœna mortis crudeli
Serui damnârant impij.

¶ Ità dixerūt āgeli mulierib' (qa Apostoli erant tristes de nece). i. de morte (sui Dñi: quem) Dñm (serui impij). i. Iudæi (dānârant). i. dānauerāt (crudeli pœna mortis.

Sermone blando angelus
Prædixit mulieribus,
In Galilæa Dominus
Videndus est quantocyùs,

¶ Et quia Apostoli erant tristes de nece sui Dñi: ideò (angelus prædixit mulierib' blando sermone: Dñs vidēdus est in Galilæa). s. à vobis (quantocyùs) .i. subitò.

Illæ dum pergunt concitæ
Apostolis hoc dicere,
Videntes eum viuere
Osculantur pedes Domini.

¶ Illę mulieres dū pergunt cōcitæ). i. solicitæ, dicere hoc Apostolis (videntes eum viuere). s. Christū (osculant̄ pedes Dñi). i. locū vbi perfoderant eum perfidi Iudæi.

¶ Quo agnito).i.quo audito, quia surrexit Dominus (Discipuli).i. Apostoli (pergũt ꝓperè).i.festinãter: in Galilæã (videre faciẽ Dñi desideratã).s.ab eis.

Quo agnito, Discipuli
In Galilæam properè
Pergunt videre faciem
Desideratam Domini.

¶ Sol nitet) id est splendet (radio).s.suo (mũdo).i.claro (Paschali gaudio) quia hoc tempore resurrexit (cùm) id est quã do (Apostoli cernunt iam Christum visu corporeo.

Claro Paschali gaudio
Sol mundo nitet radio:
Cùm Christum iam Apostoli
Visu cernunt corporeo.

¶ Dicimus ꝙ tunc apparuit discipulis: sed quidã illorum.s.Thomas, cùm abesset in apparitione, narrãtibus aliis non credidit. Vnde Dominus ostendit ei sua vulnera, & ait, Noli esse incredulus: sed fidelis. Et nota ꝙ quatuor de causis cicatrices vulnerum ostendit Dñs.s.vt esset signum victoriæ: vt deinceps de resurrectione non dubitarent: & non crederent eum phantasticum corpus accepisse: aut vt esset ad patrem intercessor. Constructio. Ostensa vulnera).i.ostensis vulneribus (sibi).s.Apostolis (in fulgida carne Christi) illi Apostoli (fatẽtur) id est prædicant (voce publica).i.manifesta Dominum resurrexisse.

Ostensa sibi vulnera
In Christi carne fulgida,
Resurrexisse dominum
Voce fatentur publica.

¶ O Christe clementissime Rex tu possi de) id est guberna (corda nostra).i.mentes simul cũ corporibus (vt reddamꝰ).i. ꝑsoluamus (tibi) ad honorem tuum (omni tempore laudes tibi debitas.

Rex Christe clementissime
Tu corda nostra posside:
Vt tibi laudes debitas
Reddamus omni tempore.

¶ Carmen est dimetrum Iambicum cacometrum. Canitur in tempore Paschalis resurrectionis. Dicit quòd Christus est nostrum verum Pascha: facitque memoriam passionis atq; resurrectionis eius.

¶ Materia huius hymni est, ꝙ nos inuitat author ad cœnam Agni illius qui tollit pctã mundi. s.ad accipiendũ corpus & sanguinẽ Domini: de quo dictũ est, Qui sumit corpus Christi indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Qui verò dignè, habet vitam æternam. Nos verò positi ad cœnam prouidi agni) id est ad accipiendum corpus & sanguinem Domini: vel ad vltimum præceptum Christi: quia sicut post cœnam nullum restat prandium, ità post nouum testamentum nullum restat præceptum. Ad cœnam Agni prouidi).i. ad prandium veri & sapientis Agni (& candidi stolis albis).i. cum virtutibus (canamus Principi Christo) id est laudemus eum de resurrectione (post transitum maris Rubri).i.post baptismum: vel post gloriam resurrectionis.

AD cœnam agni prouidi
Et stolis albis candidi,
Post transitum maris rubri
Christo canamus Principi.

Sanctis-

Cuius corpus sanctissimum
Iri ara Crucis torridum,
Cruore eius roseo
Gustando viuimus Deo.

¶ Sanctissimũ corpus cuius).s. Christi (torridũ).i.crematũ: quia passum ĩ ara Crucis(gustando).i.suscipiendo (eius roseo cruore viuimus Deo).i.diuinè.

¶ Dico q̃ viuimus Deo(protecti)id est defensi vel seruati (vespere paschæ).i. in vltima ætate: vel mysterio resurrectionis Christi, quod nocte Paschæ factum est (ab angelo deuastante) id est percutiente primogenita Aegypti (erepti) id est liberati (de durissimo imperio Pharaonis)id est Diaboli.

Protecti Paschæ vespere
A deuastante angelo:
Erepti de durissimo
Pharaonis imperio.

Iam Pascha nostrũ Christus est,
Qui immolatus Agnus est,
Synceritatis azyma
Caro eius oblata est.

¶ Cõstrue(Christus est iam nostrũ Pascha)id est trãsitus de vitiis ad virtutes (qui).s.Christus (est agnus).i. patiens immolatus p̃oĩbus nobis.Vel sic: quia Chr̃us immolatus pro nobis (est agnus synceritatis).i.puritatis(caro eius oblata).i.sacrificata est(azyma).i.sine fermẽto vel sine amaritudine.Azyma dr̃ ab a qd' ẽ sine,& zyma qd' est fermentũ vel amarũ(inde azyma) q̃si sine amaritudĩe.

O verè digna hostia,
Per quem fracta sunt tartara:
Redempta plebs captiuata
Redit ad vitæ præmia.

¶ O verè digna hostia).i.sacra (p̃ quẽ) .s.Chr̃m: tartara sunt fracta (& p̃ quem plebs captiuata).i.aĩæ sanctorũ ĩ iferno detẽtæ,sunt redẽptæ.& p̃ quẽ p̃mia vitę æternæ sũt reddita: plebs dico captiuata(redit)id est reuertitur (ad præmia vitę) supple æternæ.

Cùm surgit Christus tumulo,
Victor redit de barathro,
Tyrannum trudens vinculo,
Et reserans paradisum.

¶ Cũ).i.qñ(Chr̃us surgit tumulo).i.de sepulchro (victor redit de barathro).i. de fouea inferni (trudẽs).i.claudẽs(tyrãnũ).i.diabolũ(vĩculo).i.cũ ptãte sua ligãs eũ(& reserãs paradisũ).s.fidelib' tuis:qa in mĩa hoc fecisti,iõ rogam' te.

¶ Carmen est quale illud,Primo dierum.Canitur in re diuina ascensionis Dominicæ. Commemorata Christi Ascensione, & regno illi à patre tradito, petit beneficium in die iudicij.

AEterne Rex altissime
Redemptor & fidelium:
Quo mors soluta deperit,
Datur triumphus gratiæ.

¶ O æterne rex altissime & redẽptor fidelium (quo)id est per quẽ (mors soluta deperit)id est destructa extitit vel periit (vel mors).i. descensus ad inferna: quia scti illuc mõ nõ descendũt,vt ante passionem Christri(triumphus).i.victoria gratię daĩ iam glorificatis in anima & corpore, glorificãdis in resurrectiõę.

¶ Tu es scandens).i.ascendes (tribunal) id est sedem (dextræ patris).i.ad æqualitatem patris (potestas omniũ rerum est collata).i.attributa (Iesu).s. Christo: & hoc.s. (cœlitus).i.diuinitus. possumus dicere ꝙ solus est ad dexteram patris. Cęteri ordines sanctorum ad sinistram respectu claritatis filij (quæ potestas non erat ei collata humanitus) id est quandiu, vel quando erat in mundo

Scandens tribunal dexteræ
Patris, potestas omnium
Collata est Iesu cœlitùs:
Quæ non erat humanitus.

¶ Dico, ꝙ potestas dat̃ diuinitus Christo: q̃ nõ erat humanitus (vt trina rerũ machina.s. cœlestiũ, terrestriũ & infernorum, condita) scilicet à te (flectant genu iam subdita).i. flectentes genua cœlestes, terreni & infernales (sunt subdita).i. humiliata tibi, ad honorem tui.

Vt trina rerum machina
Cœlestium, terrestrium,
Et infernorum condita,
Flectant genu iam subdita.

¶ Angeli videntes humanam formã vel naturam tremũt).i. miran̄t.s. quia videbãt humanã naturã p ipsum Chr̃m ad dexterã p̃ris collocatã & exaltatã: & hoc vice versa mortaliũ: tremebãt & miraban̄t. Et nota quòd ante natiuitatem Christi angeli ab hominibus se adorari patiebantur, sed non posteà, sicut legimus de Ioanne, qui cùm vellet angelum adorare, inquit angelus Ioanni, Noli me adórare: conseruus tuus enim sum, & fratrum tuorum (caro Adæ culpat).s. nos per Adam in peccatum cadimus (caro Christi purgat nos).i. per Christum de vitiis ad virtutes surgimus (caro Dei & Deus regnat) quia Christus Deus est homo.

Tremunt videntes angeli
Vice versa mortalium:
Culpat caro, purgat caro,
Regnat Deus Dei caro.

¶ O Christe tu esto nr̃m gaudiũ: manẽs præditũ).i. nobis paratũ honoratum vel sublimatũ (olympo).i. in cœlo: tu (qui regis).i. gubernas fabricã mundi (vincens mundana gaudia).i. amor tuus excellit omnes delectationes mundi.

Tu esto nostrum gaudium
Manens olympo præditum:
Mundi regis qui fabricam
Mundana vincens gaudia.

¶ Quasi diceret: superexcellit gaudia mundi: & hinc nos precãtes quæsumus) id est deprecamur te (ignosce culpis omnibus).i. dimitte nobis pc̃tã nr̃a (& subleua).i. sursum leua (corda nostra ad te superna gatia).i. p summa misericordia.

Hinc te precante, quæsumus,
Ignosce culpis omnibus:
Et corda sursum subleua
Ad te superna gratia.

¶ Nos quæsumus te: vt (cum).i. qñ (nube iudicis).i. Christi (corporis clarere).i. fulgere (nube iudicis rubente) id est clarescente.i. te ipso iudice adueniente (nobis repellas pœnas debitas).s. per Adam (& reddas) id est tribuas per gratiam coronas perditas: & culpam inuentam & collatam secundum meritum per gratiam: quia non necessitate cogente, sed

Vt cùm rubente cœperis
Clarêre nube iudicis,
Pœnas repellas debitas:
Reddas coronas perditas.

volente

volente & gratis à morte liberauit & saluauit nos.

Gloria tibi Domine,
Qui scandis supra sydera,
Cum patre & sancto spiritu
In sempiterna sęcula. Amen.

¶ O Domine Iesu Christe, qui scandis supra sydera) id est super omnes cœlos (gloria) id est laus & honor sit tibi cum patre & Spiritu sancto in sempiterna sæcula (amen) id est sine fine.

¶ Carmen est dimetrum iambicum cacometrum. Canitur in festo Ascensionis Dominicæ. Agit Christo gratias, q͛ pro nobis passus mortem, nos à morte liberauit.

IEsu nostra redemptio,
Amor, & desiderum,
Deus creator omnium,
Homo in fine temporum.

¶ O Iesu nostra redemptio: tu dico amor & desiderium nostrum) id est amor desiderabilis (Deus creator omnium) qui es in fine temporum factus homo: Vnde Deus & homo: & hoc in vltima ætate.

Quæ te vicit clementia
Vt ferres nostra crimina,
Crudelem mortem patiens,
Vt nos à morte tolleres?

¶ Quæ) id est quanta (clementia) id est pietas (vicit) id est cōpulit te (vt ferres) id est vt portares vel deleres (nostra crimina) id est peccata (patiens crudelem mortem) scilicet crucis pro peccatis nostris: & quare (vt tolleres) id est liberares nos (à morte) id est à Diabolo.

Inferni claustra penetrans,
Tuos captiuos redimens,
Victor triumpho nobili
Ad dexteram patris residēs.

¶ Tu penetrans) id est frangens claustra inferni (redimens) scilicet sanguine tuo (captiuos) qui tenebantur iustè in inferno (residens ad dexteram patris) manens victor (triumpho nobili) id est mirabili victoria.

Ipsa te cogat pietas,
Vt mala nostra superes
Parcendo, & voti compotes
Nos tuo vultu saties.

¶ Ipsa pietas) quæ coëgit te vt subires mortem Crucis (cogat) id est impellat te (vt superes nostra mala) id est dimittas nobis debita nostra (& saties) id est impleas & frui facias (nos cōpotes nostri voti) .i. desiderij (tuo vultu) .i. tua p̄sentia.

Tu esto nostrum gaudium
Qui es futurus præmium:
Sit in te nostra gloria
Per cūcta semp̄ sęcula, Amē.

¶ Et tu qui es futurus nostrum præmium, esto nostrum gaudium) id est in præsenti & in futuro (& nostra gloria) id est laus (sit in te semper) id est in omni tempore, per cuncta secula. Amen.

¶ Carmen est, quale illud, Primo dierum. Canit̃ in festo Pentecostes, hoc est Quinquagesimę. Spiritum sanctū implorans petit vt illius amore nos inflāmet, & in Dei gratia confirmet.

VEni Creator Spiritus,
Mentes tuorum visita:
Imple superna gratia,
Quæ tu creasti pectora.

¶ Materia huius hymni est Spiritus sanctus: quem pater promiserat, quando dixit Iobeli, Effundā de spiritu meo super omnem carnē. Filius promisit qñ dixit, Si assumptus fuero in cœlū, mittam vobis paraclêtum. & Apostolis simul orantibus in hora tertia mundus tonuit, & subitò Spiritus sanctus venit: & Apostoli inflāmati Spū sctō diuersis loquebātur linguis magnalia dei. Intētio est rogare Deū vt purget pectora nr̄a superno splēdore: & illuminet gr̄a Spūsscti: & expellat à nobis visibiles & inuisibiles hostes: vt habeam⁹ vitā ꝑmanentē cū ipso.
¶ O creator sancte Spiritus Dei, veni, & visita mentes tuorum fidelium) & veniendo (imple pectora superna gratia, quæ tu creasti) id est fecisti.

Qui paraclêtus diceris,
Donum Dei altissimi,
Fons viuus, ignis, charitas,
Et spiritalis vnctio.

¶ Qui paraclêtus). i. cōsolator (diceris donum Dei altissimi) & diceris (fons viuus) de quo non cōicatur alienis: vel fons viuus aquę salietis in vitā ęternā: & diceris (ignis) quia corda hominum ad dilectionē Dei & proximi accendis (& vitia). i. peccata cōsumis: & diceris (charitas) quia facis diligere Deum & proximum: & diceris (spiritualis vnctio) quia de Spiritus vnctione. i. de Spiritu sancto vngis corda hominum, vt humilientur in baptismo.

Tu septiformis gratiæ,
Dextræ Dei tu digitus:
Tu ritè promisso patris
Sermone ditans guttura.

¶ Tu septiformis gratiæ) id est donis gratiæ. i. propter septiformē gratiam. Septē enim sunt dona Spiritussancti: Spūs sapientiæ & intellectus: Spiritus cōsilij & fortitudinis: Spiritus scientiæ & pietatis & amoris. Tu es digitus) id est potentia dextræ Dei: quia sicut modi digitorum varij sunt: ità varia sunt dona Spiritussancti: & tu es promissio patris (ditans) id est faciens diuites (guttura) vel pectora (sermone ritè). i. rectè: vel tu es ditans pectora (promisso). i. ex promisso.

Accende lumen sensibus,
Infunde amorem cordibus,
Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpetim.

¶ Et tu qui operaris omnia, accende lumen sensibus). i. mentibus nostris: & (infunde cordibus nostris amorem). i. dilectionem Dei (firmās infirma). i. debilia nostri corꝑis (perpetim). i. perēniter vel ꝑpetuè (virtute). i. mirabiliter cū virtute ꝑpetua: & semꝑ nos (firmās). i. ꝑtegēs.

Hostem repellas longiùs:
Pacemq; dones protinus:
Ductore sic te præuio
Vitemus omne noxium.

¶ Repellas hostem longiùs). i. remoueas eum procul à nobis (& dones pacem protinùs). i. citò (vitemus omne noxium). i. peccatum (sic te præuio). i. ductore.

Per te sciamus, da, patrem,
Noscamus atq; filium:
Te vtriusq; Spiritum
Credamus omni tempore.

¶ Da ò sancte Spūs vt per te sciamus patrem: atq; noscamus filium: & credamus te vtriusq; Spiritum). i. procedentē à patre & filio omni tempore. Amen.

¶ Carmen

¶Carmen est, quale illud, Primo dierum. Canitur in festo Pentecostes, quo spiritus sanctus missus est ad discipulos Christi: naratq; quæ in eius misione facta sunt.

IAm Christ⁹ astra ascẽderat,
Regressus vnde venerat:
Promissa patris munera
Sanctum daturus spiritũ.

¶Materia hui⁹ hymni est eadẽ, quæ in præmisso. Spiritussanctus cõsolator vel aduocatus dicit: quia cõsolat nos cũ sumus in peccatis: trahẽdo nos ad cœlestem patriã. Ipse spũssanctus cũ splẽdore ferueti apparuit discipulis suis: & quia sermo igneus futurus erat, ideò in ignea liugua eis apparuit: quia fecit eos ardẽtes in dilectione Dei & proximi, & perito sermone affluentes. Construe (Christus ascenderat iam) secundùm humanitatem (astra) id est cœlos: Christus dico (regressus) id est reuersus vnde venerat (daturus apostolis munera promissa patris). i. spiritũ sanctũ.

Solennis vrgebat dies,
Quo mystico septemplici,
Orbis volutus septies
Signat beata tempora.

¶Solennis). i. festiualis dies (vrgebat). i. festinabat: vel imminebat septies septẽ, quæ sunt quadraginta & nouem: & vno addito, quinquaginta: per septem intelligimus temporalia. i. corporalia, per quę septẽ totũ tẽpus vitæ nostræ voluitur: in quo debemus liberari à peccatis, vt perueniamus ad illã beatitudinem, quæ intelligitur per quadraginta dies: in quibus ieiunare debemus, vt peruenire posimus ad diem sabbathi. i. ad requiem (quo die mystico) id est figurato (septemplici). i. per figuram septemplicem (orbis). i. septima (volutus septies). i. per quadraginta & nouẽ dies (signat beata tempora) scilicet futura: id est æternam requiem.

Dum hora cunctis tertia
Repentè mundus intonat,
Orantibus apostolis
Deum venisse nuntiat.

¶Et quia Christus ascenderat, dũ hora tertia videbatur esse (cunctis). i. oĩbus apostolis (mundus intonat repẽtè). i. subito: & ille sonus vel mundus nũtiat Deũ venisse (orãtibus apostolis) id est simul in vnũ locũ cõgregatis: & orantibus & expectantibus pro misionẽ Dñi sui. s. Christi: cùm ipse illa ꝑmissione eis ante ascẽsionẽ suã locut⁹ fuisset, dicẽs, vado & venio ad vos, & mittã vobis paraclętum. i. consolatorem, qui docebit vos oẽm veritatẽ: & ita facti perfectiores in omni scientia erant: quia diuersa genera linguarum loquebantur, & prędicabant magnalia Dei.

De patris ergo lumine
Decôrus ignis almus est:
Qui fida Christi pectora
Calore verbi compleuit.

¶Et qm̃ quidẽ pater misit spm̃, ergo (ignis). i. spũs (decorus). i. pulcher (est almus de lumine p̃ris, qui). s. spũs (cõpleuit). s. vt haberẽt scientiã loquẽdi (pectora). s. apostolorũ vel hoĩm (fida). i. fidelia Christi: & hoc (calore). i. ardore (verbi). i. filij.

Impleta gaudent viscera
Afflata sancto spiritu:
Voces diuersas intonant,
Fantur Dei magnalia.

¶Viscera apostolorum impleta).i. satiata (gaudēt) quia fecit eos loquentes, & etiam ardentes in amore: & (afflata).i. inflāmata spiritu sancto (intonant diuersas voces).i. loquuntur idiomata oīm linguarū: & fatētur vel fantur (Magnalia Dei).i. mirabilia Dei.i. prædicant nomen Christi.

Ex omni gente cogniti
Græcis, Latinis, barbaris:
Cunctisq; admirantibus
Linguis loquuntur oībus.

¶Ex omni gēte) id est ex omnibus gētibus (cogniti) sunt apostoli, scilicet à Græcis, Latinis, barbaris (cunctisq; admirantibus) scilicet apostoli (loquuntur linguis omnibus) quæ sunt.lxxij.

Iudæa tunc incredula,
Vesana toruo spiritu,
Ructare musti crapula
Alumnos Christi cōcrepat.

¶Cum apl'i ita loquebātur oēs admirabātur sic loquētes: credētes Deū in eis esse: sed (Iudæa) increpat eos.i. plebs Iudęorū (incredula).i. infidelis, illa dico (vesana).i. insana (toruo spū).i. superbo (cōcrepat alumnos).i. discipulos Chri (ructare crapula musti) id est affirmat eos vino inebriari.

Sed signis & virtutibus
Occurrit, & docet Petrus
Falsa profari perfidos,
Iohêlis testimonio.

¶Aestimabant Iudæi, ꝙ præ nimio potu musti) id est per ebrietatē apostoli taliter loquebantur, sed (Petrus occurrit signis) id est miraculis & virtutibus (docet) id est probat perfidos Iudæos (profari) id est loqui (falsa, Iohelis prophetæ testimonio) prophetauit enim Iohel sic, Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri & filiæ vestræ.

Sit laus patri cum filio,
Sancto simul paraclêto:
Nobisq; mittat filius
Charisma sancti spūs. Amē.

¶Laus sit patri cū filio, simul & sancto paracleto).i. spiritu sancto (& filius mittat nobis) oībus fidelibus (charisma).i. donum spiritussancti, vel gratiā spūssancti.

¶Carmen est, quale illud, Primo dierum. Canitur in festo Pentecostes sicut & superiores hymni. Narrat quid ex hac missione consolatoris spiritus euenerit: Petitq; illius dona nobis infundi.

Beata nobis gaudia
Anni reduxit orbita,
Cùm spiritus paraclêtus
Effulsit in discipulos.

¶Materia huius hymni est spiritussanctus quē pr̄ & filius promiserūt: Iohele dicente, Effundā de spiritu meo super omnē carnē: & prophetabūt filij vestri & filiæ vestræ. & filius dicit, Si assumptus fuero à vobis in cœlum, mittā vobis paracletum. Et apostolis orantibus mūdus intonat: & venit spiritussanctus in specie ignis: quo apo-

stoli inflāmati loquebātur magnalia Dei variis linguis. Quæritur hic, vtrū filius sit à patre nō factus sed genitus: & præiacēti materia dico ex substātia patris: & nō ex aliquo: sed ex patre. Similiter dico de processione spiritussancti: quia fit ex patre & filio: & de substantia vtriusq;, coæqualis eis, & non ex aliquo factus, nec ex nihilo. Construe (orbita).i. reuolutio anni (reduxit nobis beata gaudia cum spiritus paracletus effulsit) id est resplenduit in discipulos.

Ignis vibrante lumine
Linguæ figuram detulit:
Verbis vt essent proflui,
Et charitate feruidi.

¶Construe (ignis).i. spūssanctus cū splēdore feruente apparuit discipulis: quia sermo corū futurus igneus erat: & ideo in lingua & igne apparuit, quia fecit eos ardentes in dilectione Dei & proximi: & pariter sermone affluētes, quod dicitur hic (ignis).i. spiritussanctus (detulit figurā linguæ vibrante).i. feruēte (lumine suo).i. splēdore: vt illi apl'i & discipuli essent (proflui).i. facundi & loquentes (verbis).i. varijs linguis (& feruidi).i. ardentes & inflammati charitate.

Linguis loquūtur omnium,
Turbæ pauent gentilium:
Musto madêre deputant,
Quos Spiritus repleuerat.

¶Illi apostoli loquunt̃ linguis oīm, & ideò turbæ gentiliū pauēt).i. mirantur: & turbę illę (deputant).i. valde putant (madêre).i. abundare (musto).i. vino, illos, quos spiritussanctus suo splendore repleuerat.

Patrata sunt hæc mysticè
Paschæ peracto tempore,
Sacro dierum numero
Quo lege fit remissio.

¶Cùm filij Israel quadraginta & nouem annis per desertum errassent, in quinquagesimo anno iuxta montem Sinai cum fulgore & tonitruo legem acceperunt. Item in lege Moysi filij Israel emebant seruos & ancillas & agros, & possidebant nouem & quadraginta annos: in quinquagesimo anno omnes liberabantur: inde dicitur annus iubilæus.i. remissionis: & significat octauā diem resurrectionis, in qua oēs liberati erāt à seruitute diaboli: & hoc est (mysticè).i. figuratiuè (sunt patrata) id est cōpleta (peracto).i. cōpleto (tēpore sacro paschæ, nūero dierū).i. quinquagenario (quo numerò, fit remissio in lege) scilicet Moysi: vel mystica.i. figuratiua.

Te nunc Deus pijssime
Vultu precamur cernuo,
Illapsa nobis cœlitùs
Largire dona spiritus.

¶O pijssime Deus precamur te (nunc) id est in præsenti (vultu cernuo) id est prono (largire dona spiritus.s.sancti (illapsa nobis cælitus).i. diuinitus infusa.

Carmen est, quale illud, Lustra sex qui iam peracta. sed cacometrum. Canitur in festo Eucharistiæ, id est bonę gratiæ: hoc est corporis Christi. Narrat queadmodùm hoc sacramentum in cœna institutum est à Christo.

Pange

PAnge lingua gloriosi corporis mysterium:
Sanguinisq; pretiosi, quem, in mundi pretium,
Fructus ventris generosi rex effudit gentium.

¶ Materia huius hymni gloriosissimi (quia de Chro infinitè glorioso & solénissimo) est quoddã præceptũ obseruãtia dignũ, ab ecclesia militãte approbatum, & dictum. Vnde diligentissimè huic fides adhibẽda, iuxta Aurelij Augustini dictum in epistola ad Fundaniũ: Euangelio nõ crederem, nisi quia ecclesia approbat. Quod quidẽ præceptum est, vt pãgamus & cãtemus corde & lingua eucharistiæ siue corporis Christi mysteriũ. Pro quo est aduertendũ, ꝙ differentia talis est inter ista tria vocabula ibi reperta. s. mysterium, sacrificiũ, & sacramẽtum. Nã primò mysteriũ dicitur sacrum secretum, vel sacrum absconditũ. Et ratio est ex sua deriuatione sumpta: quia dicitur à mystis, vel mysticõ Græcè, quod idẽ est quod secretũ latinè. Sacrificium vero generaliter, non propriè secundum Isidõrum est victima: & quæcunq; in ara cremãtur & ponuntur: & sic sumitur pro oblationibus, quas antiqui faciebãt. s. vitulorũ & hircorum &c. Sacramentũ tñ intelligitur sic, idẽ est, ꝙ sacrę rei signũ: quãtũ ad Etymologiã vocabuli: vel sacramentum est rem sacratã cõtinẽs: nã aliud cernitur, aliud intelligitur. Et dicitur à sacer sacramẽtum. i. quod idẽ est, quid pignus sponsionis, sicut iusiurãdum datur alicui, vt sit fideiussor. Quapropter tantũ ergo sacramentum. s. eucharistiæ, de quo hymnus cantat, est datum nobis in pignus beatitudinis & promissi aduentus ad iudiciũ. Nam promisit Christus, ꝙ habet alias oues ducere ad vnum ouile: & erit vnus pastor, secundum Matth. Et in alio loco: Veniet filius hoïs in nubibus cœli &c. Et etiã in alio loco quasi pollicendo dixit, Estote parati: quia, qua hora nõ putatis, filius hominis veniet: sicut iam antea iusiurãdum fecerat, & cõpleuit ad Abrahã, testante Zacharia, Iusiurandũ quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis: quod de facto cõpletum re vera accepimus in die natiuitatis. Quod quidẽ sacramẽtum & mysteriũ & mrabile à sæculis nõ auditum instituit in die parasceue, existens ille rex mãsuetus: cum discipulisq; facto sermone cósolatiuo ex vno latere multæ amaritudines: quia dixerat, nocte hac scandalum propter me patiemini. Circa quod potest esse vnum dubium, quare magis institutum est tali die à Christo istud sacramentũ, & nõ in alio tẽpore: cùm ratio dubij potest esse ista, Prima dispositio secundũ philosophos debet præcedere formam: quia in secũdo de anima, & septimo metaphysicę, Actus actiuorum sunt in patiente disposito. Sed baptismus est dispositio ad hoc sacramentum: ergo baptismus est prior. Vltrà, cùm baptismus fuit institutus post passionem, ergo sacramentũ altaris debuisset institui post passionem. Respondeo, ꝙ hoc sacramentum tota ecclesiæ curia ducente in hac die institui debuit: & non ante nec post, quàm plurimis (& præsertim quatuor) rationibus arcta & mota. Prima est ratione huius sacramenti necessariæ assignationis. Nam necessitas, qua assignatur, quare hoc sacramẽtum institui debuit, est signum: quia ad perfectionem nostram exigebat, vt scilicet caput nostrum Christus realiter corpori cõiũgeretur, sed toto rempore præcedenti Christus sub propia specie nobiscũ constitutus est: ergo non oportuit ante hoc sacramentũ institui: sed tunc in illo tẽpore quãdo corpus assũptũ oblaturus erat, Eusebio attestante. Secunda

ratio

ratio est ratione legalis figurationis. Nam Christus quãdiu fuit in mũdo cõuersatus, figuras legis obseruare voluit: factus sub lege, vt eos qui sub lege erãt, redimeret a peccato scd'm apl'm. Sed veniẽte veritate cessat figura: & vmbra, veniente luce. ergo Christo recedẽte per mortẽ: qũ figuræ legis terminãdæ erãt: debuit institui. Tertia ratio est ratione repręsentatiõis. Nã hoc sacramẽtũ est repręsentans terminũ dñicæ passionis, ergo cõgruũ erat incunte iam passione institui. Quarta ratio, ratione fortioris impressionis: quia quæ vltimo fiunt, magis memoriæ imprimuntur, & cõmendantur: ergo vltimo post cœnam institui debuit discipulis Chr̃o recessuro. Et hæc ratio tangitur in decretis, de cõsecra. distin. 2. cap. Liquido. vbi dicitur, ꝙ in memoria & in expressione passionis Chr̃i est institutũ. Restat dicere & respõdere ad rationẽ factã: quia nõ est necessariũ eũdẽ esse ordinẽ institutionis scrorũ, & perceptiõis: & causa est, quia ad finẽ (qui nobis pręstituitur) vltimo peruenimus. Ideo Eucharistia quodãmodo est finis baptismi: quia per baptismũ aliud cõsecratur ad eucharistiæ perceptionẽ, sicut per ordinẽ ad ei⁹ perceptione. Hoc peracto redeam⁹ vnde digressi sum⁹: ꝙ si illi tres pueri à camino ignis liberati, in laudem diei quoddã cãticũ cecinere. s. Bñdicite oĩa opera dñi dño, & Zacharias ꝓpheta aliud cãticũ, & iustus Simeon aliud cãticũ & hymnũ nõ parua iucunditate cecinit: ob hoc ꝙ verũ redẽptorẽ Iesum in vlnis suis tenuit: hinc de cætero factus est vidẽs & gaudẽs, ita dixit, Nunc dimittis seruũ tuũ Dñe. Et ecclesia talia supradicta cantat, & p̃cepit canere. Quãto magis istud sacr̃m sacramẽtorũ quãtũ verbis possumus exprimamus canendo & iubilãdo: per qd' nõ modo tres pueri: imò infiniti hoĩes ab inferni igne liberãtur. Quod etiã nõ solũ vnũ illuminauit, imò totũ mundũ: qd' nõ solùm in brachijs illũ eũdẽ Iesum recipimus: sed in pectoribus tanq; in tabernaculo suo nobiscũ cœnãs & cõgaudẽs. Et illud de quo Psalmista Dauid in ꝑsona Dei mãdat, ꝙ cãtemus, psal. xcv. Cãtate dño cãticũ nouũ, cãtate Dño oĩs terra. Cãtate dño & bñdicite noĩ eius: annũtiate de die in diẽ salutare eius. i. Christũ cõtentũ in hoc sacr̃o. Nã istud est nouũ in tẽpore: quia ante in nulla lege erat, nec naturæ, nec scripturæ. Nouum excellentia, quia nullum anteà nec post excellẽtius. Nouũ in cõsecratione: quia nusquã verbis similibus aliquod sacr̃m fuit cõsecratũ, nec veteris nec nouæ legis. Nouũ in assumptiõe: quia in alijs qd' sumitur masticatur, frãgitur, decoquit, dirigitur: Ibi semper assumptũ realiter integre, & absq; vlla mutatione augmẽti, nec detrimẽti. Quãobrẽ ecclesia militãs & absq; vlla ruga propter tantũ sacr̃m saluberrimũ oĩbus primatũ publice lętãter verbis in cœlum eleuatis nõ parua harmonia cãtat, & pręcipit canere iuxta dictum spõsi. s. Chr̃i: Exẽplu do vobis, vt queãdmodũ ego facio, ꝙ sic faciatis: vt patet in expositione literæ. Ad quã veniamus, sic dicẽdo (O lingua). s. militiæ chr̃ianæ: nõ perfidiæ iudæorũ: nõ porci Mahometi: suorũq; cõplicũ (pange). i. cane, vel tanquã tuba exalta vocem laudando: & quid dicitur? (mysteriũ). i. diuinũ secretũ, vel diuinũ abscõditũ ex eo, quia aliud cernitur, aliud creditur vel intelligitur (gloriosi corporis). s. Iesu Christi iam gloriosi & immortalis & impassibilis. Et pãge mysterium supple (sanguinisq; pretiosi) quia lauit nos in sanguine suo, quem. s. sanguinem pretiosum (ille rex gentiũ). i. gentiliũ, & omniũ gentiũ, quia eum Iudæi abdicarunt & negarunt esse regem: quẽ Pilatus gentilis persona oĩm gentiliũ cognouit esse regẽ Iudæorũ, dicens, Regẽ vestrũ crucifigã? (effudit) id est

ſparſit pro peccatoribus,& peccato primi parentis(in mūdi pretium) id eſt in ſatisfactionem pro mundo:qui cum ſit finitus,infinitum non valebat ſoluere. Rex dico ſupple(fructus ventris generoſi)id eſt filius intemeratæ virginis Mariæ:& poteſt intelligi vna figura grāmaticalis,ſecundū quam permittitur poni pars pro toto: vel etiam(fructus ventris generoſi).i.proles illius:quæ ex vtraq; parte eſſentiali.ſ.corporis & animæ,ex proſapia regia eſt procedens.Nam Matthæi. 1. Filius Dauid,qui rex excellens in veteri teſtamento fertur:& hoc ſecūdum carnem,cum parentheſi debet legi,vt patet intuenti.

Nobis datus,nobis natus,ex intacta virgine:
Et in mundo conuerſatus ſparſo verbi ſemine:
Sui moras incolatus miro clauſit ordine.

¶Et iſte nanq; rex nobis datus eſt)ſupple à Deo patre (nobis natus)id eſt propter nos:nō propter angelos:vt nos redimeret & liberaret à peccato,& nos glorificaret:& hoc(ex intacta virgine) .ſ.nō corrupta: non ſolū corpore, verū etiā mente & animo:quia voto ſe Deo obtulit ſponſam(& in mūdo conuerſatus).i. in terra ſancta,qui mediū mundi dicitur, cū doctoribus legis diſputauit:& cū alijs dū predicabat,& miracula innumerabilia faciebat:vt compleretur, quod dixit Abacuc,Et in terris viſus eſt:& cū hoībus cōuerſatus eſt. & etiam conuerſatus eſt in mundo(ſparſo verbi ſemine).i. mediāte ſemine diffuſo verbi diuini,dū prædicabat per partes illas,iuxta illud,Semen eſt verbum Dei:quia inde naſcitur fructus gratiæ per conuerſionē ab eo:fructus ſaluationis per verā obſeruantiā & cuſtodiā illius verbi diuini,iuxta illud, Beati qui audiunt verbum dei,& cuſtodiūt illud.& ſequitur(Sui moras incolatus).i.tarditates & dilatiōes (ſui incolatus).i.exilij à ſua patria vnde exiuit: & peregrinationes per triginta & tres annos(clauſit).i.concluſit,compleuit,& perfecit (miro ordine).i.nouo: ideò miro quia nouo.Nā per prius voluit miniſtrare,quā miniſtrari: prius voluit facere,quā docere,& de poſt docere operando:& voluit per prius miracula facere,vt oſtēderet ſe verū Deū:qd' nō docuit vſq; ad ætatē triginta annorū. Voluit pati,vt nos patiamur ꝑpter ipſum:vt pote oēs voluit deriſiones per priꝰ pati,vt nos quaſcūq; illatas cōtumelias ſine murmuratione pateremur. Voluit pro nobis mori,vt nos ꝑpter ipſum parati ſimus mori.Vltimatè anteq̄; illā immaniſsimā mortem ſuſcepit,diſpoſuit medicamē ſufficientiſsimū ad ſurgendū ab infirmitate ad ſanitatē,& à morte peccati ad vitā animæ,vt nō oporteret iterū crucifigi,vt rurſus à peccato liberarentur hoīes.Quibus diſpoſitis,pie,miſericorditer ordinatis,finiuit peregrinationē ad patrē, vnde exiuit per tēporalem generationem reuertēdo:cū quo quidē ſemper eſt idem,quantū ad diuinitatē.

In ſupremæ nocte cœnæ recumbens cum fratribus,
Oſeruata lege plenè cibis in legalibus:
Cibum turbæ duodenæ ſe dat ſuis manibus.

¶Et ſequitur,deuote Chriſtiane cupis ſcire,quo in tempore ordinauit tantā medicinā,tantū ſubſidiū pro his,qui in lucta dæmonū cadūt:hoc fuit,qn̄ ille ſummus

mus rex regũ & dñs dominãtiũ fuit(recũbẽs).i.ſedẽs(cũ fratribus).i. diſcipulis ſuis,qui iã nõ ſerui,ſed amici & fratres erant:quia ab vno codẽ dño per creationem:quia ſub vno iugo amoris:quia ſub mortalitate túc vna oẽs erant: & hoc, ſupple(in nocte).ſ.illa diei Iouis(ſupremæ cœnæ).i.vltimæ in corpore mortali ſupple,&(obſeruata lege plenè &c).i.poſtq̃; legem Moyſi perfectè & cõpletè obſeruauit,quia comedit agnũ paſchalẽ morte legis. Nam non veni ſoluere legẽ, ſed adimplere,vt ſæpe dixit:taliter ꝙ tunc & nunc ſupple(dat ſe).i.porrigit corpus ſuum(cibum).i.in cibum animæ & angelorũ (turbę duodenæ).i.toti congregationi duodecim apoſtolorũ ſupple,vt augeretur gratia & fortitudo ad reſiſtendum indagationi Iudæorũ:corpus ſuũ dat ſupple(ſuis manibus)non medio alicuius miniſtri. Dãdo ad intelligendum non eſſe datam & conceſſam poteſtatem miniſtrandi & conficiendi alijs tantum ſacramentum.

Verbum caro,panem verum,verbo carnem,efficit:
Fitq; ſanguis Chriſti merum:& ſi ſenſus deficit,
Ad firmandum cor ſyncerum,Sola Fides ſufficit.

¶Et ſequitur.Nã poſtq̃; in vltima cœna accepit panẽ in ſanctas ac venerabiles manus(verbũ caro).i.homo vel Chriſtus(panẽ verũ) quẽ in manus ſuas ſuſcepit ſup.(efficit).i.cõuertit(carnẽ).i.in ſui corpus,iuxta illud, Panẽ quẽ ego dabo,caro mea eſt pro mũdi vita.& hoc.ſ.(verbo).i.in virtute verborũ.ſ.Hoc eſt corpꝰ meũ(q,)pro &(merũ).i.vinũ vitis ſup.(fit ſanguis Chrĩ).i.verbis cõſecratiõis cõuertitur in verũ ſanguinẽ Chriſti(& ſi ſenſus).ſup.tactus,tãgẽdo deficit: & ſenſus viſus vidẽdo decipitur,accidẽtia quælibet tãtum ſentiẽs:attamẽ(ad firmandum).i.ad ſaluãdum cor ſyncerum,ſup.nõ fractũ cõtagiõe infidelitatis:nõ fractũ duritia & pertinacia peccati:nõ fractũ malitia Iudæorũ (ſola fides ſufficit).i.ſolus aſſenſus voluntatis ab intelligẽtia & ſenſu auditus procedens:iuxta illud,Fides non habet meritum,vbi humana ratio præbet experimentum.

Tantum ergo ſacramentum veneremur cernui:
Et antiquum documentum nouo cedat ritui:
Præſtet fides ſupplementum ſenſuum defectui.

¶Et ſequitur.Quòd ſi virtuoſus eſt honorãdꝰ,Ethi.3.quãto magis vas oĩm virtutum,ideò(tm̃ ergo ſcrm̃).i.tã maximã rẽ & ſecretã & ineffabilẽ oĩm virtutum plenã(veneremur nos cernui).i.humiles & mãſueti cũ reuerẽtia & genuflexione:& honore latrię tanq̃; ad Deũ(& antiquũ documẽtum)ſup.doctrina legalis de agno paſchali(cedat).i.det locũ (nouo ritui).ſ.nouo gñi cibi : vel doctrina legalis tanq̃; vmbra,figura,quaſi imperfectũ(cedat).i.ceſſet dando locũ (nouo ritui).i.ſoli figurato & perfectiſsimo:iuxta illud, Quãdo venerit, qdꝰ perfectũ eſt,ceſſabit quod ex parte eſt.i.ſicut adueniente luce cedit vmbra (præſtet fides ſupplemẽtum)vt ritè bene veneremur quod non videmus &c.(fides).i.illa notitia ænigmatica tanq̃; per ſpeculũ (præſtet).i.exhibeat & ordinet ſupplementum,& ſic vice fungens(ſenſuũ defectui)ſup.virtuti limitatæ ſenſuum exteriorum,qui circa tale obiectum ſunt deficientes & falluntur.

Genitori,genitoq́; laus,& iubilatio,
Salus, honor,virtus quoq́; sit,& benedictio,
Procedenti ab vtroq; compar sit laudatio. Amen.

¶Ideò propter infinitum bonum nobis collatum à sanctissima Trinitate laus sit genitori patri (& genito) id est filio sit eadem (laus & iubilatio) quod est gaudium,quod verbis explicari non potest:& (salus) similiter,quæ ab vtroque nobis euenit,& procedit, & non ex nobis. Similiter (honor) & reuerētia, latria, similiter (virtus) quæ antonomaticè charitas dici potest : & quæ omnes virtutes comprehendit : qua redempti sumus (& quoq;) id est simul (benedictio) sit attribuenda prædictis,iuxta illud, Benedictionem à Domino, qui fecit cœlum & terram:(que) pro & (laudatio cōpar) tota prædicta supple:id est simul æqualis sit spiritui sancto supple,id est procedenti per æternalem processionem passiuam(ab vtroq,) id est à patre & filio,iuxta determinationem ecclesiæ. Amen, id est sine fine in perpetuum. Expositor submittit se determinationi consilio ecclesiæ militantis.

¶Carmen est simile asclepiadeo mixto glyconico:sed cacometrum. Canitur in festo Eucharistiæ ad horas nocturnas:prosequitur sicut in Pange lingua, institutionem sacramenti. Autor est sanctus Thomas Aquinas.

Sacris solennijs iuncta sint gaudia,
Et ex præcordijs sonent præconia:
Recedant vetera:noua sint omnia,
Corda,voces,& opera.

¶ADDITIO. Cum glos. Quia eadem est matertia præsentis hymni ac fuit superioris:videlicet agere de institutiōe sacramēti corporis Christi,quod in nouissima cœna saluator noster instituit, ad remedium totius mundi, tantum ordinem literæ in præsenti hymno explicabimus, quo ad rudes scholipetas. Sed primo nota, quia ex omni actione Christi nostra instructio demōstratur,Primo ponitur ordo institutionis sacramenti & materia,& designantur illi,quibus officium conficiendi sacramentum cōcessum est.s.presbyteri. Ponitur etiam quomodo in hoc sacramento cessauit figura veteris legis:in quo omnia contingebant in figuris, iuxta Pauli vocem ad Corinth.cap.x. Figura autem huius sacramenti præcessit, quando pluit Deus manna in deserto patribus, qui cotidiano pascebantur alimento:vnde,panem cœli dedit eis,panem angelorum &c. sed illum panem manducantes mortui sunt. Iste autem panis quem legifer Christus dedit, viuus est, qui de cœlo descendit: & vitæ æternæ substantiam ministrat. Quod sacramentum sit sacræ rei signum,& quod tria in eo cōsiderentur, scilicet sacramentum tantum,sacramentum & res sacra,& res non sacra,prætermissum facio quia pinguiori mineruа opus est. De hoc plura Magister sententiarum in quarto, distinctio.ix. Erit ergo ordo.(Gaudia) Gaudium est animi lætitia alicuius

præsentis

pręſentis boni opinione concepta:& dicit.q.gauriũ qd' Latinè lætũ ſonat.gaudia ergo(ſint iuncta ſacris ſolẽniis).ſ. corporis Chriſti, cuius feſtiuitate plus q̃ cæteris gaudendũ eſt(& p̄conia).i.ſigna vel voces ſolẽnitatis(ſonẽt).i.cu ſono exeant(ex præcordiis).i.ex intimis noſtri cordis(& vetera).i.obſeruationes veteris legis(recedant) ꝑpter aduentũ nouæ,hoc eſt Chriſti figurati:vel ſic(vetera).i.homo vetus:hoc eſt vitioſus. vnde, Expurgate vetus fermentũ,vt ſitis noua cõſperſio: vt qui antehac malè vixit, poſthac viuat nouiter, hoc eſt ſine vitiis: vetera ergo id eſt mala opera perpetrata (recedant) id eſt ſeparentur (& omnia ſint noua).i.renouata,videlicet(corda,voces, & opera) vt interiùs ſimus azymi:hoc eſt puri ad celebrandum tantum ſacramentum.

Noctis recolitur cœna nouiſsima,
Qua Chriſtus creditur agnũ & azyma
Dediſſe fratribus, iuxta legitima
Priſcis indulta patribus.

¶ Et dico ꝙ corda, voces, & opera ſint noua: quia (cœna nouiſsima noctis).i.eſt cœna vltimę noctis (recolitur).i.celebratur(qua).i.in qua cœna (Chriſtus creditur dediſſe agnum).ſ.Paſchalem(& azyma).i.panẽ abſque fermẽto.i.amaritudine: & dicit azyma ab a quod eſt ſine,& zyma fermentum.q.ſine fermẽto(fratribus).i.Apoſtolis. nuſquã enim niſi fratres, aut amicos, Diſcipulos Dñi cognominari vidimus in tota ſacra pagina,teſte Greg. (iuxta indulta legitima).i.iuxta legẽ datã (priſcis patribus)puta Moyſi & Patriarchis:nam ſuprà dixit, obſeruata lege plenè:quia non veni ſoluere legem,ſed adimplere. & eſt indultum, conceſſum,datum,ſiue remiſſum: vnde Gregorius Lucæ.iij. Tempora indulta nè pereant.

Poſt agnum typicum, expletis epulis,
Corpus Dominicũ datur Diſcipulis:
Sic totũ omnibus,quod totũ ſingulis
Eius fatemur manibus.

¶ Proſequitur dicens, ꝙ poſt agnum typicum) id eſt poſt eſum agni typici,id eſt figuratiui qui erat cibus corporis: dedit ſe in cibum animæ: & angelorũ:quia ipſe erat verus agnus qui abſtulit pc̃tã mundi &c.(epulis ergo expletis).i.finitis poſt eſum agni typici (corpus Dominicũ datur)ſ.à Dño(diſcipulis: ſic totũ).i.totaliter fatemur datũ eſſe (oĩbus).i.xij. Chriſti diſcipulis manibus eius(quod totũ ſingulis).i.quilibet illorũ datũ eſt.

Dedit ex frugibus,corporis ferculum:
Dedit ex vitibus,ſanguinis poculum:
Dicens,Accipite quod trado vaſculũ,
Omnes ex eo bibite.

¶ Dedit.ſ.Chr̃s (ferculũ corpis).i.ſuũ corp⁹ ĩ cibũ:& hoc (ex frugibus).i.ex vero pane materiali.vnde Io. Panis quẽ ego dabo caro mea eſt : aliâs dedit fragilibus.ſ. dicipulis q bene fragiles erant:q a ſecundũ Greg. nõ eos paſsio,nõ reſurrectio, non Spũſſc̃ti miſsio cõfirmauerat:dedit etiam(poculum)hoc eſt potum ſanguinis ſui:& hoc (ex vitibus)id eſt ex naturali vino. Et nota quòd in die illius ſanctiſsimæ cœne dixit,Non bibam amodò de hoc genimine vitis,donec &c.qua cauſa in die trãſfigurationis Dñi cõficitur ſacr̃m ex vino nouo,ſi inueniri poſsit: vel ſaltem vt aliquantulũ de matura vua in calice liquat,& nouę vuæ ſuper altare bñdi-

cuntur. alias, dedit & tristibus: nam tristes erant apostoli de nece prædicta sui Domini: dicens (Accipite vasculum quod trado) id est do vobis (& omnes bibite ex eo). s. poculo sanguinis mei.

Sic sacrificium istud instituit,
Cuius officium cõmitti voluit
Solis p̃sbyteris quib⁹ sic cõgruit,
Vt sumant, & dent cæteris.

¶ Sic Christus instituit) id est tali modo supradicto ordinauit (istud sacrificium). s. sui corporis sanguinisq́; (cuius officiũ). s. cõficiendi sacramẽtum (voluit committi) .i. appropriari siue traditũ (solis presbyteris, quibus sic congruit). i. cõuenit, aut est necessarium (vt sumant). i. recipiant ipsi (& dent cæteris). s. fidelibus verè confessis & contritis: ad quorũ remediũ cõstitutum fuit: nisi enim manducaueritis carnẽ filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis &c.

Panis angelicus fit panis hominũ:
Dat panis cœlit⁹ figuris terminũ:
O res mirabilis, manducat dñm
Pauper, seruus, & humilis!

¶ Panis angelic⁹) .i. Christus qui est cibus Angelorũ: vnde dicit̃, Ego sum panis viuus qui de cœlo descẽdi (fit) .i. efficitur (panis hominũ) pro quib⁹ natus est (& panis hic dat cœlitus) .i. diuinit⁹ (terminũ). i. finẽ (figuris) .s. typicis veteris Testamẽti: in quo vt suprà diximus cõtingebant oĩa in figuris (ó res mirabilis). i. digna admiratione: quia. s. (pauper, seruus, & humilis) hoc est cuiuscũq; cõditionis seu status sit hõ Christian⁹ (mãducat Dñm) hoc est, factorem suũ sacramẽtal'r sumit: & sumit̃ dupliciter. s. sacramẽtaliter & spũaliter.

Te Trina Deitas vnaq́; poscimus,
Sic tu nos visita, sicut te colimus:
Per tuas semitas duc nos q̃ tẽdimus,
Ad lucem, quam inhabitas. Amen.

¶ O trina Deitas (q́;) pro & (vna) .i. ó Deus trinus & vnus (poscim⁹ te). i. à te (quia colimus te sic). s. per humilẽ deuotionẽ celebrãdo festiuitatem corporis tui (visita nos). s. per gratiã tuam. aliter erit sicut illud ꝙ dicit̃ in oratiõe Dominica. s. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos &c. vel dic, visita tu nos sic, sicut colimus te: quia loquit̃ in persona ecclesiæ, quæ tota pulcha est & benè colit Deum (& duc nos per tuas semitas). i. per tua præcepta quę sunt semitæ Dei directæ ad cor. Vnde Grego. Semita Dei ad cor dirigitur, ad lucẽ quam inhabitas (quó). i. ad quã lucem (tendimus) quia est finis religionis nostræ Christianæ.

¶ Carmen est Sapphicũ mixtum adonico. Canitur in festo natalitio sancti Ioannis baptistæ: cuius generationẽ, educationẽ, laudesq́; ꝓsequit̃: atq; auxilium implorat.

VT queant laxis resonare fibris
Mira gestorum famuli tuorum,
Solue polluti labij reatum
Sancte Ioannes.

¶ Hymnus iste vitam & mores, habitum & conuersationẽ sancti Ioannis baptistæ describit: orans & persuadens, vt eius consuetudinem imitemur: vt ad eius beatitudinem peruenire mereamur.

O sancte

O ſancte Ioannes ſolue) id eſt relaxa (reatum labij) .i. oris (polluti) .i. inquinati: (vt famuli tui queant) id eſt poſsint (reſonare mira) id eſt miracula (geſtorum tuorum, fibris) .i. venis (laxis) .i. reſolutis, vel vocibus apertis. ¶ ADDITIO. Nota ꝙ huius hymni author cũ à ſynanche ſiue angina morbo laboraret, illum in ſancti Ioãnis feſtũ ac honorẽ cõpoſuit, vt eius interceſsione ac meritis à Domino ſalutẽ acciperet. Et vt quemadmodũ Zachariæ patri ſuo illa linguæ prauitas quondã fuerat reformata: itã nunc tandem vox ſibi clara & aperta reſtitueretur. Et quando in gutture vox formatur, ſonatq́;, hac de cauſa in tribus primis verſiculis ponit voces ſex, ſcilicet Vt, Re, Mi, Fa, Sol, La, ex quibus optimus quiſque cantus, ſiue recta modulatio, maximè conſtare videtur.

Nuntius celſo veniens Olympo,
Te patri magnũ fore naſciturum,
Nomen, & vitæ ſeriem gerendæ,
Ordine promit.

¶ Nuntius celſo veniens Olympo) .i. de cœlo. ſ. angelˢ Gabriel veniẽs Olympo (promiſit) .i. nũtiat (te fore magnũ naſciturum patri) tuo Zachariæ: & nomen tuũ ſimiliter ꝓmiſit: qa dicit, Ioannes vocetur: & (promiſit ſeriẽ) .i. ordinẽ (vitæ gerendę) dicens, Vinum & ſicerã nõ bibet (ordine) .i. ſecundum ordinem quem geſsit.

Ille promiſsi dubius ſuperni
Perdidit prõptæ modulos loquelæ:
Sed reformaſti genitus peremptæ
Organa vocis.

¶ Ille) .ſ. Zacharias (dubius) .i. incredulus (promiſsi ſuperni) .i. cœleſtis promiſsionis (perdidit promptæ modulos loquelæ) .i. modũ locutionis. Ambroſius dixit, ꝙ Zacharias vocem amiſerat in conſonantibus: quia eas formare non poterat (ſed) tu (reformaſti) ô ſancte Ioannes (genitus) id eſt natus (organa vocis peremptæ) id eſt extinctæ vocis.

Ventris obſtruſo poſitus cubili,
Senſeras Regem thalamo manentẽ
Hinc parens nati meritis vterq;
Abdita pandit.

¶ Et tu (poſitus) .i. recũbẽs (cubili) .i. vẽtre matris tuæ (obſtruſo) .i. clauſo (ſenſeras regẽ) .i. Chr̃m (manentẽ) .i. iacentẽ (thalamo) .i. ĩ vẽtre Mariæ (hinc) .i. ex hoc, qd' tu nouiſti Chriſtũ o Ioannes (parens vterque) .ſ. Zacharias & Eliſabe (pandit abdita) id eſt prophetauerunt abſcondita. Pater dixit, Benedictus Dominus Deus iſrael: & hoc non ſuis meritis, ſed (meritis) id eſt propter merita (nati) id eſt filij, ſcilicet Ioannis. Mater autem dixit, Vnde hoc mihi vt Mater Domini veniat ad me?

Antra deſerti teneris ſub annis
Ciuium turmas fugiens petiſti,
Nè leui ſaltem maculare vitam
Famine poſſes.

¶ O ſctẽ Ioannes, tu (fugiẽs turmas) .i. turbas ciuiũ (petiſti antra) .i. obſcurã ſpeluncam deſerti (ſub teneris annis) id eſt in ætate duodecim annorũ (nè poſſes maculare vitã) ſanctã (famĩe) .i. verbo otioſo. Otioſum eſt verbum, quod aut vtilitatis, rectitudinis, aut iuſtæ rationis neceſsitatis caret. famine dico (ſaltem leui) id eſt ſine bono fructu.

Præbuit hirtum tegimen camelus:
Artubus sacris strophium bidentes:
Cui latex, haustum: sociata, pastum,
Mella locustis.

¶ Camelus præbuit hirtum tegimen) id est asperum vestimentum (sacris artubus bidentes).i. oues præbuerunt (strophium) id est cingulum (cui) scilicet Ioanni (latex) id est aqua, præbuit haustum: & cui mella præbuerunt pastum: mella dico sociata (locustis) id est volatilibus.

Cæteri tantùm cecinêre Vatum
Corde præsago iubar affuturum:
Tu quidē mundi scelus auferentem
Indice prodis.

¶ Cæteri Vatū).i. alij prophetæ (cecinêre).i. ꝓphetauerunt (tm̄).i. tm̄modo (corde p̄sago) .i. prouido (iubar esse affuturum).i. Christū vēturū: sed tu discretus es ab aliis ꝓphetis dicens, Ecce Agnus Dei &c.(prodis).i. ostēdis: Christum supple (auferentem scelus mundi).id est peccatum (indice).i. cum digito, dicens, Ecce Agnus Dei &c.

Non fuit vasti spatium per orbis
Sanctior quisquam genitus Ioanne:
Qui nefas sæcli meruit lauantem
Tingere lymphis.

¶ Quisquā homo genitus non fuit sanctior Ioāne p spatiū vasti orbis).i. ampli mūdi. Vnde veritas ait, Inter natos mulierum nō surrexit &c.s. corruptarum mulierum. Quidā opponunt de Christo: sed non valent: quia de Virgine natus est (qui) Ioannes (meruit tingere).i. baptizare (lymphis).i. aquis Iordanis (lauantē).i. Christum purgantem (nefas) id est peccatum (sæcli) id est sæculi: & est ibi syncopa.

O Nimis fœlix, meritiq; celsi,
Nesciens labem niuei pudoris,
Præpotens martyr, erêmiq; cultor
Maxime Vatum.

¶ Et quoniam meruisti Christum tingere lymphis, tu dico, O nimis fœlix celsi meriti, nesciens) id est ignorans (labem) id est sordē (niuei pudoris) id est pulchræ castitatis (martyr) id est testis præpotens: nam tu dixisti, Ecce Agnus Dei &c. vel (martyr).i. decollatus (& cultor) id est habitator (eremi) id est loci solitarij: tu dico (maxime Vatum) quia propheta & plus quàm propheta.

Serta ter denis alios coronant
Aucta crementis: duplicata quosdā:
Trina centeno cumulata fructu
Te sacer ornant.

¶ Tres ordines hîc notantur, scilicet tricesimus, sexagesimus, & centesimus: in quibus cōtinētur oīm hominum ordines. s. continentes, coniugati, & virgines: qui & designantur per tres viros. s. per Noe, per Danielem, & per Iob. Per Noe coniugati, per Iob cōtinentes, per Danielem virgines designant̄. Vnde in Euangelio, Alij sunt in lecto: Alij in villa: Alij in agro. Hoc tractum de Euangelio: vbi dicitur de semine iacto in terram, Aliud sexagesimum: Aliud tricesimum: Aliud centesimum fructum attulit: ideo dicitur hic, serta ter denis (Serta),i. coronæ (ter denis).i. trigīta (coronāt alios). s. cōiugatos,

iugatos,qui habent fecũ fidem Trinitatis,& adhærentes decẽ præceptis legis,& alia ferta (aucta).i augmẽtata,& (duplicata cremẽtis).i.ad duplũ crefcentia.f. in fexagefimum fructũ(coronant quofdã).f.cõtinentes,qui vixerunt in charitate,& habent fex opera miæ,& caftitatis vel charitatis: vt pafcere ieiunos,veftire nudos &c. (& trina).i.tria ferta (cumulata).i.aggregata ex ter triginta, aucta per additionem denarij.f.per decem,coronant te,o fancte Ioannes,qui es virgo (cẽteno fructu) quia centefimus fructus (coronat).i.ornat virgines:& vt breuius exponamus à tricefimo fructu vel ordine coniugati,à fexagefimo cõtinentes, à centefimo virgines poft diffolutionẽ corporis & aïæ coronãtur in æterna beatitudine.Et nota,ꝙ tricefimus numer⁹ furgit à ternario & denario: quia coniugati habent fidẽ fanctæ Trinitatis:& adhærent decẽ præceptis. Sexagefimus numerus à fenario & denario furgit:quia continẽtes habẽt fex opera miæ & charitatis.f.pafcere ieiunos &c. Virgines in centefimo ordine ponũtur:& fignificant perfectionem:quia centenarius numerus furgit à trino tricefimo,& denario.i. decem fuperaddito:& ità funt centũ.per centũ,numerus perfectus intelligitur: & hoc ordine fuit beatus Ioannes nõ abfurdè: imò apertè fecundũ loquelam digitorũ.Per tricefimũ numerũ cõiugatorũ,& fexagefimũ cõtinentiũ,per centefimũ virginũ merces accipitur.Periti eñ prima cõputatione articulorũ,quã appellant loquelã digitorũ in finiftra manu, per quã vita tẽporalis intelligit̃ vfq; in nonagintanouẽ folebãt cõputare.Centũ autẽ & deinde in dextera parte per quã cœleftis vita defignat̃. Vnde de quodã cẽtenario habemus apud Iuuenalẽ fic,Iam dextera cõputat annos.In hoc loco facit author numerũ fuum per quinque digitos manus.f.per pollicẽ,per indicẽ,per mediũ, per medicũ, & auricularem.Auricularis in palma pofitus fignificat vnitatẽ : medicus cum ipfo pofitus duo fignificat:medius cum ipfis pofitus.f.in medio tria. Deinde auricularis rectus medico & medio iacentibus quatuor fignificat. Medicus cum illo erectus medio iacẽte in palma quinq; defignat.Medius cum illis erectus fex fignificat. Item auricularis in palma extenfus feptẽ fignificat. Medicus eodẽ modo pofitus in palma octo fignificat.Medius fimili mõ pofitus nouem fignificat. Index, qui vfq, huc nil fecit,prædicto mõ pofitus decẽ fignificat. Amplexu pollicis adiunctus triginta fignificat:per quẽ numerũ fatis cõgruè accipit̃ merces cõiugatorum ꝓpter illorũ mollẽ amplexũ,& vitæ dilectionẽ & cõcordiã. Pollex fiquidem cũ indice firmiter aftrictus fexaginta fignificat:per quẽ numerũ fatis cõpetenter accipit̃ merces cõtinentiũ. Graue eñ eft ab amplexu & voluptuofa delectatione & cõfuetudine abftinere.Vnde fcriptũ eft,Nil confuetudine maius. In dextera dicit̃ centũ:per quẽ numerũ, quia fit in dextera parte, vita cœleftis intelligitur:Non immeritò accipit̃ merces virginũ: qa in hac vita mundã & immaculatam vitam ducẽtes,cœleftem & angelicam(inquantũ poffunt) ducunt.

Hinc potens noftri meritis opimis
Pectoris duros lapides repelle,
Afperum planans iter,& reflexos
Dirige calles.

¶Et quia tu talis es,o fancte Ioannes potens (repelle).i. remoue(hinc).i.inde (duros lapides).i.incredulitates noftri pectoris (meritis opimis) id eft fertilibus,magnis,& fœcundis(planans iter afperum) id eft petrofum (dirige calles reflexos) id eft curuos in peccatis,& tortuofos.

 Vt pius

Vt pius mundi sator & redemptor,
Mentibus pulsa liuione puris,
Ritè dignetur veniens sacratos
Ponere gressus.

¶ Vt pius sator) & dicitur à sero seris, id est creator mundi & redemptor (mētibus puris, pulsa liuione).i. liuore abiecto & venenosa sorde vitiorū: veniēs dignet ponere (gressus sacros) id est sancta itinera (ritè) id est sine offensione.

Laudibus ciues celebrant superni
Te Deus simplex paritérq; Trine:
Supplices & nos veniam precamur,
Parce redemptis. Amen.

¶ Superni ciues).i. cœlestes angeli celebrāt te laudibus (o Deus simplex).s. substantia (& Trine).s. in personis pariter (nos supplices) id est humiles (precamur veniā) id est indulgentiam (parce redemptis).i. dimitte nobis redēptis peccata nostra quia redemisti nos sanguine tuo proprio (amen) id est sine fine.

¶ Carmen est trimetrum iambicum. Canitur in festis apostolorum Petri & Pauli: prosequitur ipsorum laudes.

FOelix per omnes festum mundi cardines
Apostolorum præpollet alacriter
Petri beati & Pauli sacratissimi:
Quos Christus almo consecrauit sanguine,
Ecclesiarum deputauit Principes.

¶ Hic laudat author Deum in commemoratione Petri & Pauli: qui deputauit illos esse Principes ecclesiæ: & potestatem dedit illis ligandi atque soluendi vincula peccatorum. Vnde rogamus eos, vt reddant nos deuotos fide, & spe robustos: & repletos fonte geminę charitatis, & faciant nos viuere post mortem (Apostolorum festum fœlix) id est beatum vel lætum (præpollet alacriter) id est iocosè præ aliis splēdet (per omnes cardines) id est per omnes partes mundi, Apostolorū dico.s. beati Petri & Pauli sacratissimi: (quos) scilicet Apostolos (Chrūs cōsecrauit almo sanguine) & (deputauit).i. cōstituit eos esse Prīcipes eccl'iarū.

Hi sunt duæ Oliuæ coram Domino,
Et candelabra luce radiantia,
Præclara cœli duo luminaria:
Fortia soluunt peccatorum vincula,
Portas Olympi resonant fidelibus.

¶ Hi sunt duæ Oliuæ).i. duæ arbores fructuosæ & redolentes, & sunt (candelabra luce radiātia coram Domino) scilicet lumine virtutū: quia Dn̄s nō posuit eos sub modio abscōditos, sed super candelabra.i. in maiore claritate.s. Romana ciuitate: & (duo prę clara luminaria cœli) & (soluūt) id est rumpunt fortia vincula peccatorum (& reserant) isti duo, id est aperiūt (portas Olympi).i. cœli (fidelibus.i. Christianis.

Habent supernam potestatem claudere
Sermone sedes, & pandere splendentia
Limina poli, super alta sydera:
Linguæ eorum claues cœli factæ sunt,
Laruas repellunt vltra mundi limitem.

¶ Et ipsi. s. Petrus & Paulus (habēt potestatem claudere supernas sedes). i. cæle stes (sermone) i. solo verbo: sicut clausit Ananiæ & Saphyræ cùm dixit Petrus, Pecunia tua tecum sit, id est peccata tecum sint in perditionem (& pandere) id est aperire (splendentia lumina poli: linguæ eorum claues factæ sunt super alta sydera) id est super omnes doctores ecclesiarum: & (repellunt laruas) id est culturas idololatriæ. Larua quoddam monstrum est, & in vultu hominis vt pauorem inferat: per quasdam phantasias nocturnas intelligimus peccata, quæ Apostoli repellunt ab eis qui eos sequuntur (vltra limitem mundi) id est extra ecclesiam. Nota ꝙ aliud est latria ab idololatria: quia latria est summæ venerationis cultus soli Deo adhibendus: vel latria est voluntaria professio diuinæ Maiestatis: idololatria verò est cultus Deo debitus, creaturæ exhibitus. Et hæc differentia solet assignari inter latriam & idololatriā, duliā & hyperduliam. de latria & idololatria quid sit dictum est. Dulia verò est honor, qui debetur sanctis. Vnde de beata Virgine sciendum, quòd in quātum est persona sancta, ei debetur dulia: sed in quantū est mater Dei, debetur ei hyperdulia. i. magna excellentia: quia hyperdulia debetur excellenti: sicut est caro Christi, Beata Virgo, & Crux Christi: quia fuit instrumentū nostrę redēptionis: & concordat cum dicentib⁹, ꝙ est dulia maior & minor: de latria & dulia & differentiis habetur in cap. Venerabiles imagines. de consecratione, Distin. iij. in Glossis ibi positis. Item nota, ꝙ idolum aliqñ dicitur lignū vel alia res sic figurata: quādoq; verò dicitur coniunctū ex imagine dæmone præsidente: & ita sumitur prima ad Corin. viij. vbi dicitur ꝙ idolū nihil est. Hactenus cōmendauit author vtrunq;. s. Petrū & Paulū: modò vult tantūmodò Petrum commendare.

Petrus beatus catenarum laqueos
Christo iubente rupit mirabiliter,
Custos ouilis, & doctor ecclesię:
Pastor & gregis, conseruator ouium,
Arcet luporum truculentam rabiem.

¶ Beatus Petrus rupit laqueos catenarū) qa ceciderūt catenę de manib⁹ eius per angelū nuntiantem (mirabiliter). i. fortiter Chr̄o iubente. Et ipse custos ouilis, & doctor fidelis ecclesiæ, pastor gregis Christiani, & conseruator ouium fideliū (arcet) id est repellit (truculentam). i. crudelem rabiem.

Quòdcunq; vinclis super terram strinxerit,
Erit in astris religatum fortiter:
Et quod soluerit in terris arbitrio,
Erit solutum super cœli radium:
In fine mundi iudex erit sæculi.

¶ Qd'cūq; vinclis) . i. sentētiis (strinxerit) . i. ligauerit vel cōstrixerit (erit ligatū i astris). i. ī cœlis: (& qd' soluerit ī terris, arbitrio). i. iudicio suo (erit solutū super radiū solis vel cœli: & erit iudex sæculi in fine mundi.

¶ Petrus erat talis qualis superius ostēditur: sed (Paulus nō īpar huic). s. Petro. i. equalis (doctor Gētiū, & sacratissimū templū). i. vas electionis, & (in morte) id est in passiōe (cōpar). i. æqualis huic: & (in corona particeps). i. concors (ambo illi lucernæ). s. sunt (& decus). i. honor ecclesiæ (coruscant claro vibramine). i. magno splendore (in orbe) id est mundo.

Non impar Paulus huic, doctor gentiū,
Electionis templum sacratissimum:
In morte compar, in corona particeps:
Ambo lucernæ, & decus ecclesiæ,
In orbe claro coruscant vibramine.

¶ (O Roma fœlix) id est beata (q̄ purgata). i. decorata p̄tioso sanguine horū q̄ passi sunt (tantorū principū). i. tā magnorū. s. Petri & Pauli (excedis). i. superas oēm pulchritudinem mundi (non tua laude: sed meritis sanctorum) id est propter sanctos (quos iugulasti). i. interfecisti (gladiis cruentatis) id est sanguinolentis: quia in te occisi sunt.

O Roma fœlix quæ tantorum Principū
Es purgata pretioso sanguine!
Excedis omnem mundi pulchritudinē,
Non laude tua, sed sanctorum meritis:
Quos cruentatis iugulasti gladiis,

¶ Et quia habetis potestatē ligandi atq; soluēdi: ergo (O martyres gloriosi). s. Petre & Paule (lilium). i. ornamentū vel flos mundi & (milites cœlestis aulæ triumphales). i. victoriosi (munite) id est defendite nos ab omnibus malis nostris: almis precibus (& ferte nos super æthera) id est ad vsque ad æthereum cœlum.

Vos ergo sancti gloriosi martyres
Petre beate, Paule mundi lilium,
Cœlestis aulæ triumphales milites:
Precibus almis nostris nos munite
Ab omnibus malis, ferte super æthera.

¶ (Gloria sit Deo patri per immēsa sæcula) id est per immutabilia sæcula: & o tu (nate) id est fili Dei viui (dec⁹ & imperium) qui imperas cœlo, & terrę, & mari, sit tibi honor & potestas (& Spiritui sancto indiuidua) id est inseparabilis, & (sit salus Trinitati) quę Trinitas vnus Deus est salus omnium gentium per infinita sæcula sęculorum. Amen.

Gloria Deo patri per immensa sęcula
Sit: tibi nate decus, & imperium,
Honor, potestas, sanctoq; spiritui:
Sit Trinitati salus indiuidua,
Per infinita sæculorum sæcula. Amen.

¶ Carmen est, quale superius: sed cacometrum.

¶ (O lux lucis) id est fili patris (perfudisti omne sæculū). i. replesti (aurea luce). i. prædicatione Apostolorū. Lumina aurea dicti sunt Apostoli sapientiæ p̄ferentia splendorē & bonitatis & bonæ vitæ: quibus nos illuminant (& decore roseo) id est rubeo martyrio: tu dico (decorās cœlos). i. cœlestes creaturas (īnclyto martyrio) id est nobili

AVrea luce & decore roseo
Lux lucis omne perfudisti sęculum:
Decorans cœlos inclyto martyrio
Hac sacra die, quæ dat reis veniam.

nobili passione (hac sacra die). s. in hac festiuitate (quæ) scilicet dies (dat reis veniam) id est indulgentiam peccatoribus.

Ianitor cœli, doctor orbis pariter,
Iudices sęcli, vera mundi lumina,
Per crucem alter, alter ense triũphans,
Vitæ senatum laureati possident.

¶Ianitor cœli) .i. Petrus ostiarius (doctor orbis).i. Paulus p̄dicator (pariter).i. siml' sunt iudices & sunt v̄a lumina mũdi (alter).i. Petrus (triũphãs).i. vincẽs per crucem (alter).i. alius. s. Paulus triumphãs ense (laureati).i. coronati (possident senatum).i. principatum (vitæ) æternæ.

Iam bone pastor Petre clemens accipe
Vota precantum, & peccati vincula
Resolue: tibi potestate tradita,
Qua cũctis cœlũ v̄bo claudis, & aperis.

¶Apostrophã facit ad Petrũ sic dicens: O Petre bone pastor, clemẽs accipe iam vota peccantũ).i. preces, & resolue vincula peccati, potestate tibi tradita à Christo (qua) scilicet potestate (claudis & aperis cœlũ).i. paradisum cũctis (verbo).i. sermone.

Doctor egregie Paule mores instrue,
Et mente polũ nos trãsferre satage,
Donec perfectum largiatur pleniùs,
Euacuato, quod ex parte gerimus.

¶O Paule doctor egregie instrue).i. cõpone nostros mores (& satage).i. labora (trãsferre nos mẽte polum).i. cœlestia mente cogitare, & quæ in cœlis sunt tota mente desiderare (donec).i. quousq; (perfectũ) in vtrâq; parte.i. anima & corpore (largiat̃) id est tribuat nobis in futuro (plenius).i. De⁹ largiatur: illo (euacuato).i. penit⁹ dimisso. s. mortalitate (qd' gerim⁹ ex parte).i. in hoc corpore: quasi in alia parte hoĩs.i. in futuro gl'iabit hõ pleniùs & p̄fectiùs data sibi immortalitate vtriusq; partis. s. corporis & aĩæ.

Oliuæ binæ, pietatis vnicæ,
Fide deuotos, spe robustos, maximè
Fonte repletos charitatis geminæ,
Post mortem carnis impetrate viuere.

¶O binæ) id est duæ Oliuæ (pietatis vnicæ).i. indiuisæ, vel vnius amoris (impetrate).i. postulate à deo nos viuere deuotos fide (& robustos).i. firmos (spe, maximè repletos fonte geminæ charitatis). s. dilectionis Dei & proximi, post impetrate viuere, viuere inquam (post mortem carnis).i. separationem corporis & animę.

Sit Trinitati sempiterna gloria,
Honor, potestas, atq; iubilatio
In vnitate: cui manet imperium
Ex tũc & modò per ęterna scl'a. Amẽ.

¶ Sẽpiterna gl'ia).i. æterna gloria (sit trinitati) in tribus personis, & (honor) sit eis (atq; iubilatio).i. laudatio sit ei trinitati (in vnitate). s. in vno Deo (cui). s. Trinitati: quæ est vnus Deus (manet imperium, & ex tunc).i. ab exordio mundi (& modò).i. in præsenti (per æterna sæcula).i. per omnia sequentia, Amen.

¶ Carmen est simile dimetro iambico, quale illud, Lustra sex qui iã. Canitur in festo sanctorũ Angelorũ.

Tibi Christe splendor patris, vita, virtus cordium,
In conspectu angelorum votis, voce, psallimus,
Alternantes concrepando, melos damus vocibus.

¶ In hoc hymno intendit author laudare Dñm: intẽdit etiã in cõmemoratione sancti Michaëlis grã vel amore ipsius archãgeli collaudare oẽs angelos: sed maximè Michaelẽ, qui est princeps militiæ cœlestis. Rogat itáq;, & p̃catur, vt oĩes angeli nobis assistant: & dæmones à nobis repellãt: & mũdos corde & corpore nos reddãt. (O Christe qui es splendor p̃ris, vita, & virtus cordiũ) quia sicut viuit corp' per aĩam: ita viuit aĩa per Christũ (psallim' tibi in cõspectu angelorũ votis ac precibus) vel corde: ore, & voce (& dam' melos). i. melodias: vocib' nr̃is (cõcrepãdo). i. resonãdo (alternantes). i. vocibus alternatis decantantes.

Collaudemus venerantes omnes cœli milites,
Sed præcipuè primatem cœlestis exercitus
Michaëlem, in virtute conterentem Zabulon.

¶ Nos collaudemus venerantes omnes cœli milites). i. angelos cœli (præcipuè primatem cœlestis exercitus). s. Michaëlem (cõterentem Zabulon). i. diabolũ, in virtute crucis. Michael interpretatur, quis est vt Deus: quasi dicat, quis est ita fortis vt Deus noster, qui creauit nos ad laudandum se. Per hoc nomen Michael ostenditur, q̃ nullus potest facere, quæ Deus facit.

Quo custode procul pelle rex Christe piissime
Omne nefas inimici: mundo corde & opere,
Paradiso redde tuo nos sola clementia.

¶ Quo custode) scilicet Michaele (ô Christe pijssime) id est fortissime (procul pelle) id est abijce longe (omne nefas). i. omne peccatum (inimici) id est diaboli (& redde nos sola vel sancta clementia tuo paradiso). i. in requiem tuam: nos dico factos (mundo corde & opere). i. tam in anima quàm in corpore.

Gloriam patri melôdis personemus vocibus:
Gloriam Christo canamus: gloriam paraclêto:
Qui Deus trinus & vnus extat ante sæcula. Amen.

¶ Et quo custode. s. Michaele, Christus expellat à nobis longè omne nefas inimici: & faciat nos mũdos corde & corpore: ideò (personemus gloriam patri vocibus melodis). i. dulcedinis vel dulcibus melodijs: & (canamus gloriam Chr̃o) id est eius filio: & canamus similiter eadem qualitate (gloriam). i. laudem & honorem (paraclêto). i. spiritui sancto (qui extat). i. manet (Deus trinus) in personis (& vnus) in vnitate substãtiæ (ante sæcula). i. ante oĩa sæcula. Amen.

¶ Carmen est sapphicum mixtum adonico. Canitur in festo Angelorum, quorum auxilium petit.

CHriste sanctorũ decus Angelorũ,
Rector humani generis, & autor,
Nobis æternum tribue benignus
Scandere cœlum.

¶ O Christe sanctorũ decus angelorũ) sanctorũ dico ad differentiã malorũ. Et nota ꝙ autor facit hic inuocationem ad oẽs & singulos bonos angelos (rector humani generis, & author: tu benignus tribue nobis scandere) id est ascendere (cœlum) id est regnum æternum.

Angelum pacis Michaêlem ad istam
Cœlitùs mittas rogitamus aulam:
Nobis vt crebrò veniente crescant
Prospera cuncta.

¶ Rogitamus mitte cœlitùs) .i. dirigas (ad istam aulã) .i. ecclesiam (Michaêlem angelũ pacis) qui nos placet Deo. Quoties magna nuntiant̃ à Deo, Michael mittitur: qũ verò maiora, Gabriêl mittitur: vt Mariæ & Zachariæ. Ad medelam Raphael mittitur: vt Thobiæ. ad hoc ergo mittat̃ (vt cuncta prospera crescãt) veniente Michaele archangelo à deo (crebrò) .i. frequẽter.

Angelus fortis Gabriel, vt hostem
Pellat antiquum, volitet ab alto,
Sæpiùs templum veniens ad istud
Visere nostrum.

¶ Gabriel interpretat̃ fortis angelus id est fortitudo Dei: per quod intelligitur, ꝙ fortis fuit & potens ad defendendum fortitudinem Diaboli, per virtutem sanctæ Crucis: & (Gabriel fortis angelus, volitet) .i. volet (ab alto) .i. cœlo (vt pellat antiquũ hostẽ) .i. diabolũ: Gabriel dico (veniẽs sæpiùs ad istud nr̃m tẽplũ visere) .i. ad istã nr̃am aĩam siue ecclesiã assiduè visitãdũ, cõdolẽs miseriis peccatorum.

Angelum nobis medicum salutis
Mitte de cœlis Raphaêlem, vt oẽs
Sanet ægrotos: pariterq; nostros
Dirigat actus.

¶ O Christe mitte nobis angelum .s. Raphaêlem: medicum salutis nostræ. Raphaêl interpretatur medicina Dei, & significat Christũ, qui tulit nobis de cœlis medicinam, cuius gratia mundati sumus ab omni peccato: & liberati ab hoste antiquo (vt sanet) .i. curet (nos omnes ægrotos) scilicet in mente (& dirigat actus nostros) id est nostras operationes prauas ad bonam operationem.

Hinc Dei nostri genitrix Maria,
Totus & nobis chorus angelorum
Semper assistat: simul & beata
Concio tota.

¶ Et quia facimus inuocationem angelorum (Maria genitrix Dei nostri: & totus chorus angelorum assistat semper) id est omni tempore (nobis) scilicet omnibus (& tota cõcio beata) id est exercitus angelorũ, nobis assistat simul: vt isti intercedãt pro nobis.

Præſtet hoc nobis deitas btã
Patris, ac nati, pariterq́; ſãcti
Spũs, cuius reboat in omni
Gloria mundo. Amen.

¶ Beata deitas). ſ. patris (ac nati) .i. filij: & ſpũſſancti (præſtet). i. tribuat nobis pariter (hoc). ſ. quod prædictũ eſt (gloria cuius ſpiritus reboat) .i. perſonat (omni mundo). i. in omnibus populis chriſtianis. Amen.

Carmen eſt dimetrum iambicum cacometrum. Canitur in feſto omnium ſanctorum: quorum omnium interceſsionem pro nobis implorat.

CHriſte redẽptor omnium,
Conſerua tuos famulos,
Beatæ ſemper virginis
Placatus ſemper precibus.

Beata quoq; agmina
Cœleſtium ſpirituum,
Præterita, præſentia,
Futura mala pellite.

Vates æterni iudicis,
Apoſtoliq́; Domini,
Suppliciter expoſcimus,
Saluari veſtris precibus.

Martyres Dei inclyti,
Confeſſoreſq; lucidi,
Veſtris orationibus
Nos ferte in cœleſtibus.

Chorus ſanctarum virginum,
Monachorumq́; omnium,
Simul cũm ſanctis omnibus,
Conſortes Chriſti facite.

Gentem auferte perfidam
Credentium de finibus:
Vt chriſto laudes debitas
Perſoluamus alacriter.

Gloria patri ingenito,
Eiuſq; vnigenito,
Vnâ cum ſancto ſpiritu
In ſempiterna ſæcula. Amen.

¶ Hic facit inuocationem ad omnes ordines angelorum, & deprecatur eos, vt ipſa adſint nobis: & à nobis omnia vitia repellant: & nos purificatos corde & opere ad cœleſtia regna perducant.

¶ O Chriſte redemptor omnium) ſcilicet fidelium (conſerua tuos famulos) qui tibi famulantur: tu dico (placatus ſanctis precibus beatæ Mariæ virginis &c.

¶ O beata agmina cœleſtiũ ſpirituũ) ſcilicet angelorum (pellite quoq;) id eſt ſimiliter (præterita mala) id eſt vitia, præſentia, & futura à nobis.

¶ Vates) id eſt ó vos prophetæ (æterni iudicis). i. Chriſti (ò apoſtoli Dñi, expoſcimus) .i. deprecamur ſuppliciter ſaluari veſtris precibus.

¶ O martyres Dei inclyti). i. nobiles & electi (& confeſſores lucidi) id eſt caſti, ferte nos in cœleſtibus regnis veſtris orationibus.

¶ Chorus ſanctarum virginum, & omnium monachorum, facite nos Chriſti conſortes). i. participes cœleſtis regni cum omnibus ſanctis.

¶ Auferte). i. remouete (gentẽ perfidã) id eſt infidelem de finibus credentiũ: & ad quid: (vt perſoluamus alacriter) id eſt iocoſe, Chriſto laudes debitas.

¶ Gloria) id eſt laus ſit (ingenito patri, eiuſq; vnigenito) id eſt filio Ieſu Chro (vnà). i. pariter (cum ſancto ſpiritu, in ſempiterna ſæcula. Amen.

Ieſu

IEsu Saluator sæculi
Redemptis ope subueni:
Et pia Dei genitrix
Salutem posce miseris.

¶ Hymnus iste continuatur superiori: sic dixi, O Christe conserua tuos famulos: & bene debes, quia redemisti nos. (O Iesu Saluator sæculi subueni) id est succurre (redemptis ope) scilicet tuo auxilio (& ô pia Dei genitrix, posce) id est impetra (salutē) scilicet animarum (miseris) scilicet nobis peccatoribus.

Cœtus omnes angelici,
Patriarcharum cunei,
Et Prophetarum merita,
Nobis precentur veniam.

¶ Omnes angelici cœtus) id est angelorū societas seu exercitus (cunei) id est chori siue sedentium ordines patriarcharum (& merita prophetarum precentur) id est postulent vel impetrent (nobis veniam) id est indulgentiam peccatorum.

Baptista Christi præuius,
Et clauiger æthereus,
Cum cæteris apostolis,
Nos soluāt nexu criminis.

¶ Baptista Ioānes præuius) id est pręcursor Christi (& clauiger) id est Petrus (ęthereus) id est cœlestis: cum cæteris apostolis (soluant nos nexu criminis) id est à vinculis peccatorum.

Chorus sacratus martyrum:
Confessio sacerdotum:
Et virginalis castitas:
Nos à peccatis abluant.

¶ Sacratus chorus) id est sacer cœtus martyrum: & (confessio sacerdotum) id est iustorum (& castitas virginalis) id est virginum (abluant nos à peccatis.

Electorum suffragia,
Omnesq; ciues cœlici
Annuāt votis supplicum,
Et vitæ poscant præmium.

¶ Suffragia) id est patrocinia electorum vel monachorum (& omnes cœlici) id est cœli ciues, angeli (annuant) id est faueāt (votis) id est precibus (supplicum) id est humiliū, vt (poscant) id est impetrent (præmium vitæ) æternæ scilicet.

Laus, honor, virtus, gloria,
Deo patri & filio,
Sancto simul paraclēto
In sempiterna sæcl'a. Amē.

¶ Laus, honor, virtus, & gloria, supple sit, Deo patri, & filio, simul sancto paracleto, in sempiterna sæcula. Amen.

¶ Carmen est, quale illud, Primo dierum. Canitur in festo diui Martini: cuius laudes autor prosequitur.

REx Christe, Martini decus:
Hic laus tua, tu illius:
Tu nos in hunc te colere:
Quin ipsum in te tribue.

¶ Autor cōmēdat, & laudat Deū de cōuersione & habitu beati Martini: quia hic pauper & modicus, cœlū diues ingreditur: quia per cōstātiam fidei & cōfessionē Trinitatis meruit fieri suscitator triū mortuorū, quorū aīæ detinebātur clausæ ī inferno. Rogat itaq; dn̄m, vt sicut per confessionē sanctę Trinitatis tres mortuos suscitauit ab infer

inferno: ita suscitet nos à peccato: & sicut induit pauperem parte suæ chlamydis: sic nos induat iustitiã. O chrẽ rex æterne, decus).i. honor Martini(hic).i. Martin⁹ est tua laus: tu es salus illius Martini: tu tribue nos colere te(in hũc).s. Martinũ(quin).i. insuper(tribue nobis ipsum Martinũ colere in te).s. Christo.

¶Tu qui das, ꝙ Martinus gemma existens præsulũ).i. episcoporũ & sacerdotũ(fulget) idest splẽdet(per cardines).i. per angulos (orbis).i. per quatuor partes mũdi(da).i. cõcede, vt Martinus(soluat per ingẽs meritum) nos.s.(quos graues culpæ).i. criminalia peccata(premunt).i. detinent.

Qui das per orbis cardines,
Quòd gẽma fulget præsulũ:
Da quos p̃mũt culpę graues
Soluat per ingens meritum.

¶En).i. ecce(hic).s. Martin⁹(pauper) in diuitiis(& modic⁹).s. in persona corporis (diues) in virtutib⁹, exeũdo de mũdo ingreditur cœlũ(cohortes).i. exercit⁹ cœli obuiãt ei(linguæ).s. om̃es(tribus).s. Israel.i. Iudæi (gẽtes).i. gentiles(ouãt).i. applaudunt.

En pauper hic & modicus
Cœlum diues ingreditur:
Cœli cohortes obuiant,
Linguę, tribus, gentes ouãt.

¶Vt) pro sicut(vita) illius, sic (transitus).i. obit⁹ ei⁹(fulget).i. resplẽdet(cœlis).i. in cœlo(& aruo).i. in terra seu in mũdo: trãsitus dico splẽdidus, & ideò, quia fulget(piũ est gaudere cunctis).s. hoĩbus: &(hic dies).i. hoc festum(sit salus cunctis).i. oĩbus.

Vt vita, fulget transitus,
Cœlis & aruo splendidus:
Gaudere cunctis pium est:
Cunctis salus sit hic dies.

¶Sit gloria Trinitati).s. p̃ri, & filio, & sp̃ui sancto(vt) pro sicut(Martinus cõfessus est).s. fide & opere(fidẽ cui⁹).s. Martini(& ipse) scilicet Deus(roboret in nos).i. in nobis.

Sit Trinitati gloria,
Martinus vt confessus est:
Cuius fidem per opera
In nos & ipse roboret.

¶In hoc hymno cõmẽdat autor beatũ Martinũ per constãtiam fidei eius, quã habuit in suscitatione triũ mortuorũ(O Martine par apl'is).i. æqualis in triũ mortuorũ suscitatione: qa tres mortuos suscitauit, vt apl'i: & quia globus igneus.i. spiritussanctus descendit super eũ (tu foue).i. resuscita à peccato colẽtes tuũ festũ(qui vis viuere, aut mori discipulis).i. ad vtilitatẽ discipulorũ: quia nec mori timuit: nec viuere recusauit. Vnde & ipse effundẽs orationẽ apud dñm, ait, O Dñe si adhuc populo tuo sum necessarius, nõ recuso laborem: Fiat volũtas tua. & quia nec viuere, nec mori recusasti: ideò(respice nos) vt tuis meritis & precib⁹ mũdo corde & casto corpore existẽtes, aulam cœli ingredi mereamur: sicut fecisti in tempore tuo prælatos eccl'ię famulos.

Martine par apostolis
Festum colẽtes tu foue:
Qui viuere discipulis
Vis, aut mori, nos respice.

¶O Martine fac).i. effice (nunc).i. in hoc præsenti tẽpore.s. nos esse iustos (qd' gesseras).i. feceras olim prædicãdo(clarifica).i. illumina (nũc præsules).s. eccl'iæ.i. p̃latos (auge decus eccl'iæ: elide).i. frãge, vel reprime(fraudes sathanæ).i. diaboli aduersarij.

Fac nũc, quod olim gesseras,
Nunc præsules clarifica:
Auge decus ecclesiæ:
Fraudes elide Sathanę.

Qui ter

Qui ter chaos euisceras,
Mersos reatu suscita:
Diuiseras vt chlamydem,
Nos indue iustitiam.

¶ Tu qui euisceras) pro euiscerasti.i.euacuasti (chaos) id est infernum (ter) id est tres mortuos suscitasti. Tu qui ter intrasti infernum, resuscitando tres mortuos (suscita nos mersos) id est mortuos (reatu) id est culpa per peccatū primi parentis.s.Adæ, & propria culpa (vt) pro sicut (diuiseras chlamydē) pauperi.s.sic indue nos iustitiam.

Vt specialis gratiæ
Quondam recordêris tuæ:
Monastico nunc ordini
Iam penèlapso subueni.

¶ O Martine subueni).i.succurre (monastico ordini) id est ordini monachorum (iam lapso) id est relapso in peccatis (penè) id est ferè: & ad quid: vt (recorderis quondam tuæ specialis gratiæ.

¶ Carmen est dimetrum iambicum cacometrum. Canitur in festis Apostolorum: quorum potestatem à Christo traditam narrat.

EXultet cœlū laudibus:
Resultet terra gaudijs:
Apostolorum gloria
Sacra canant solennia.

¶ In hoc hymno facit autor inuocationem ad apostolos, vt ipsi pro nobis deprecētur: & suis precibus à nobis vitia repellant: vt Deus, veniētes ad iudiciū, nè pro reatu nos puniat: sed repletos æternis gaudiis faciat. Et nota, q̄ dies iudicij non dicit̄ ideo q̄ tūc erit dies: sed quia apparebunt omnia nota tanquam in die. (cœlum) id cœlestis curia (exultet) id est gaudeat laudibus (terra) id est terreni, scilicet homines (resultet gaudiis) homines dico (canant) id est laudent (sacra solennia) id est gloria apostolorum.

Vos sæcli iusti iudices,
Et vera mundi lumina,
Votis precamur cordium,
Audite preces supplicum.

¶ Vos) scilicet apostoli (iusti iudices sæcli) id est sæculi (& vera lumina mundi) quia totus mundus illuminatur prædicatione (precamur vos votis cordium) id est precibus cordis (audite preces supplicum) id est humilium.

Qui cœlum verbo clauditis,
Serasq; eius soluitis,
Nos à peccatis omnibus
Soluite iussu, quæsumus.

¶ Qui clauditis) scilicet peccatoribus (cœlum verbo).i.sermone (& soluitis).s. bonis (seras) id est clausuras eius (quæsumus) id est precamur vos (soluite).i. absoluite nos à peccatis omnibus (iussu) id est præcepto.

Quorum præcepto subditur
Salus, & lāguor omnium:
Sanate ægros moribus,
Nos reddentes virtutibus.

¶ Præcepto quorum) scilicet apostolorum (salus) id est sanitas (& languor) id est infirmitas omnium hominum (subditur) id est subiicitur (sanate ægros) id est peccatores (moribus) id est à prauis cogitationibus & voluntate mala peccandi

reddentes nos virtutibus) id est operationibus virtuosis.

¶Et rogamus vos, vt cùm Christus iudex aduenerit in fine sæculi: faciat nos esse cõpotes sempiternis gaudiis.

Vt cum iudex aduenerit
Christus in fine sæculi,
Nos sempiternis gaudiis
Faciat esse compotes.

¶Carmen est, quale illud, Primo dierum, Canitur in festis Apostolorum, quorum laudes enumerat.

¶Hymn⁹ iste cõtinuatur superiori. s. Exultet cœlũ laudibus. Nos canẽtes debitas laudes Chr̃o in honorẽ apostolorũ (canamus lætis mẽtibus). i. iucũdis (gloria). i. ad gloriam apostolorũ (æterna munera). i. dona Christi, quæ sua pietate nobis largitus est.

Aeterna Christi munera,
Apostolorum gloria,
Laudes canentes debitas,
Lætis canamus mentibus.

¶Isti sunt principes ecclesiarũ: isti sunt triũphales duces belli). i. triumphantes. Isti (sunt milites cœlestis aulæ) id est palatij: & sunt (vera mundi lumina) quia prædicatione illorum illuminatus est mundus.

Ecclesiarum principes,
Mundi triumphales duces,
Cœlestis aulæ milites,
Et vera mundi lumina.

¶Fides deuota sanctorum). i. obediens (inuicta spes credentium: perfecta Christi charitas) id est amor (triumphat) id est superat (principem mundi) id est diabolum. Vnde, venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.

Deuota sanctorum fides,
Inuicta spes credentium,
Perfecta Christi charitas,
Mũdi triumphat principẽ.

¶Paterna gloria exultat in his). s. apostolis (voluntas spiritus sancti) exultat in his (filius exultat in his) quid dicam per singula: (cœlum repletur gaudiis) id est exultationibus.

In his paterna gloria,
In his voluntas spiritus,
Exultat in his filius:
Cœlum repletur gaudiis.

¶O redẽptor quæsumus te nunc). i. in pręsenti (vt iungas precãtes seruulos cõsortio ipsorũ). s. apostolorũ (in sempiterna sæcula). i. in æternum & in sæcula seculorum.

Te nunc redẽptor quæsum⁹,
Vt ipsorum consortio
Iungas precantes seruulos
In sempiterna sęcula. amen.

¶Carmen est asclepiadeum mixtum glyconico. Canitur in festis plurimorũ martyrum.

In hoc hymno laudat author Deum in cõmemoratione sanctorum martyrum, quia mundum cũ põpis suis, & cũ vitijs & concupiscentijs suis dimiserunt, & spreuerũt. Vnde in terris laudãtur & in cœlis honorãtur. Intendit itaq; rogare

Sãctorũ meritis inclyta gaudia
Pãgamus socij gestaq; fortia:
Nã gliscit animus ꝓmere cãtib⁹
Victorum genus optimum.

Deum

Deum, vt nos ſuos famulos iungat conſortio ſanctorum martyrũ. O ſocij pangamus) id eſt cantemus (inclyta gaudia) id eſt præclara, meritis ſanctorum (& fortia geſta). ſ. eorum (nam animus gliſcit) id eſt cupit, vel gaudet (promere) .i. laudare cum cantibus (optimum genus victorum) id eſt martyrum.

Hi ſunt quos retinens mundus inhorruit:
Ipſum, nam ſterili flore per aridum
Spreuêre penitus, teq́; ſequuti ſunt
Rex Chriſte bone cœlitùs.

¶ Hi ſunt) ſcilicet martyres, (quos mũdus retinẽs) .i. dũ viuerẽt ĩ mũdo (inhorruit) .i. odio habuit (nam ipſi) .ſ. martyres (ſpreuere penitus) .i. omnino odio habuerunt (ipſum) .ſ. mundũ (per aridũ) .i. valde ſiccũ (flore ſterili) .i. non fructuoſo (& ſecuti ſunt te cœlitus) .i. diuinitus: ò (Chriſte bone rex) .i. qui cœlũ, terrãq́; regis.

Hi pro te furias atq; ferocia
Calcârunt omnia, ſæuaq́; verbera:
Ceſsit his, lacerans fortiter vngula,
Nec carpſit penetralia.

¶ Hi) .ſ. martyres (calcârut) .i. ſuſtinuerũt, paſsi ſunt & vicerũt pro te (furias) .i. inſidias infideliũ (& ſæua verbera) .i. crudelia vel ſęua .i. iniuſtè illata, & (vngula) .i. quoddam genus tormẽti (ceſsit) .i. locũ dedit his martyribus (lacerãs) .i. puniẽs (fortiter) .i. vltra quæuis tormenta (nec) pro non, ſed & non (carpſit penetralia) ſcilicet martyrũ vel apoſtolorũ .i. nõ fuerunt fracta vel diuiſa eorum viſcera, & hoc virtute Dei: q̃a virtus Dei erat in eis, vel (non carpſit penetralia) .i. intima eorũ, & nõ potuerunt tormentorũ gñib⁹ à ꝓpoſito ſancto retrahi. ✠ MANTO. Calcârunt oĩa, lege tu calcârunt hoĩm, tum ex ratione verſus, tum ex veterum librorũ ſcriptione. Et expone ſic: Hi martyres calcârunt) .i. ſub calcibus habuerunt, deſpicatiq́; ſunt & ſpreuerunt (furias) .i. furores (atq; ferocia) .i. fortia, ſiue furibunda (& ſæua verbera) id eſt immania ac crudelia flagra (hominum) ſcilicet Regum minantium illis, Præſidum illos iudicantium, Carnificumq́ue diuerſa tormentorũ genera in eos exercentium. Quę omnia (pro te) id eſt propter legem tuam, libentiſsimè & abſque vllo mortis timore ſuſtulerunt.

Cæduntur gladiis more bidentium:
Non murmur reſonat, nõ querimonia:
Sed corde tacito mens benè conſcia
Conſeruat patientiam.

¶ Ipſi cædũtur) .i. iugulantur (gladiis) . ſ. crudelibus (more bidentiũ) .i. cõſuetudine ouium (murmur eorũ non reſonat: non querimonia) .i. lamẽtatio non audit (ſed mẽs benè cõſciã) .i. boni meriti (cõſeruat patientiã tacito corde) quia fortes, patientes, & firmi erant pro fide Chriſti in bello.

Aulus gelius lib. 16 noct. attic. cap. 6. [handwritten marginal note, partly illegible]

Quæ vox, quæ poterit lingua retexere,
Quæ tu martyribus munera pręparas?
Rubri nam fluido ſanguine, laureis
Ditantur benè fulgidis.

¶ Et quia omnia hæc pro Chriſti nomine patiebantur, igitur q̃ vox & q̃ lingua poterit retexere) id eſt dicere: vel explicare (munera) .i. dona (quæ tu martyribus pręparas: nam ipſi rubri) .i. rubei (fluido) .i. fluente

ſanguine(ditantur).i.coronantur(laureis) id eſt coronis(benè fulgidis.

¶ O ſumma Deitas nos ſupplices) id eſt humiles(poſcimus) id eſt rogamus te (vt abluas)id eſt deleas (culpas noſtras) id eſt peccata noſtra (& ſubtrahas noxia) id eſt ipſa peccata à nobis: & (des pacem famulis)tuis(quoq;)id eſt ſimiliter(nos)omnes ſcilicet (demus gloriam tibi) id eſt ad honorem tuum,per cuncta ſæcula. Amen.

Te ſumma Deitas vnaq; poſcimus,
Vt culpas abluas, noxia ſubtrahas:
Des pacem famulis:nos quoq; gloriam
Per cuncta tibi ſæcula. Amen.

ℭ Carmen eſt, quale illud, Primo dierum. Canitur in feſto martyrum.

ℭ Materia huius hymni eſt inuocare Regem martyrum,vt dirigat ad nos aures ſuæ clæmentiæ: & quod delinquimus propter merita ſanctorum,in quorum cōmemoratione præſens hymnus cantatur, parcere vel ignoſcere dignetur. O glorioſe Rex martyrū, corona) .i. brauium & merces confitentium nomen tuum(qui perducis reſpuentes terrena,ad cœleſtia regna. ANTO. Qui reſpuentes terrena, imò terrea: nam aliâs non ſtaret verſus,vt ſuperiùs in proœmio operis huius videre licet.

REx glorioſe martyrum,
Corona confitentium,
Qui reſpuentes terrena
Perducis ad cœleſtia.

ℭ Tu appone aurem tuam benignam protinus) id eſt ſtatim (noſtris vocibus)& (ignoſce quod delinquim⁹ qui pangimus ſacra trophæa) id eſt victorias martyrum.

Aurem benignam protinus
Appone noſtris vocibus:
Trophęa ſacra pangimus,
Ignoſce, quod delinquimus.

¶ Tu vincis ſæuitiam tyrannorum in martyribus parcendo confeſſoribus) quia non vis, vt per martyrium finiāt vitam ſuam (tu vince) id eſt deſtrue (noſtra crimina)id eſt mala & peccata noſtra (donando nobis indulgentiā) quia tu non vis mortem peccatoris.

Tu vincis in martyribus,
Parcendo confeſſoribus:
Tu vince noſtra crimina,
Donando indulgentiam.

ℭ Carmen eſt, quale illud, Primo dierum. Canitur in feſto vnius martyris: cuius laudem narrat.

¶ O Deus tu ſors)id eſt pars(tuorum militum)id eſt hęreditas: vnde Dauid, Dominus pars hæreditis meæ (& corona, & præmium) quia tu ſecundum meritum tribuis mercedem(abſolue nos nexu

DEus tuorum militum
Sors, & corona, præmium:
Laudes canentes martyris
Abſolue nexu criminis.

Hic nem-

criminis) id est laqueo peccatorum: nos dico (canentes laudes martyris) scilicet huius: cuius hodie festum celebratur.

Hic nempe mundi gaudia,
Et blandimenta noxia,
Caduca ritè deputans,
Peruenit ad cœlestia.

¶ Hic martyr deputans) id est iudicans vel æstimãs (ritè) .i. rectè (gaudia mundi, & blandimenta noxia & caduca) supple esse (peruenit nẽpe) id est certè, ad cœlestia regna.

Pœnas cucurrit fortiter,
Et sustulit viriliter:
Pro te effundens sanguinem,
Aeterna dona posſidet.

¶ Et ipse fortiter) id est constãs forti animo (pœnas) id est tormẽta huius mundi (cucurrit) id est festinanter trãsiuit (& sustulit) id est sustinuit illas pœnas viriliter, effundens sanguinem suum, & ideò posſidet æterna dona.

Ob hoc precatu supplices
Te poscimus piisſime,
In hoc triumpho martyris
Dimitte noxam seruulis.

¶ Ob hoc) id est propter hoc: quia sanguinem fudit: ô piisſime pater (nos supplices poscim⁹ te) id est precamur te (precatu) id est precibus humilibus (in hoc triumpho) id est in hac victoria martyris (dimitte noxam) id est culpam seruulis.

Martyr Dei, qui vnicum
Patris sequendo filium,
Victis triumphans hostibus,
Victor fruens cœlestibus:

¶ Materia huius hymni est, vt relictis delectationibus & vanitatibus huius sæculi bona opera exercendo Deum consequamur. (O martyr Dei) qui fuisti victor victis hostibus, tu dico triumphans sequendo vnicum filium patris, es modò fruens cœlestibus bonis.

Tui precatus munere
Nostrum reatum dilue:
Arcens mali contagium,
Vitæ remouens tædium.

¶ Et quia tãtis bonis frueris dilue) id est extingue (reatum) id est peccatum nostrum: tu dico (arcẽs contagium mali) id est diaboli (remouẽs tædium vitæ) .s. famem, sitim, nuditatem, frigus: scilicet donando nobis temporalia necessaria in hoc mundo.

Soluta sunt iam vincula
Tui sacrati corporis:
Nos solue vinclis sæculi
Amore filij Dei.

¶ Et quia vincula tui sacrati corporis sunt iam soluta à nexib⁹ hui⁹ sæculi dissoluti, & es cum Christo: sic & solue nos à vinclis sæculi) id est absolue nos à peccatis nr̃is, tuis precibus, & hoc amore filij Dei.

¶ Carmen est, quale illud, Nocte surgentes.
Canitur in festo Confessorum.

Iste confessor Domini sacratus,
Festa plebs cuius celebrat per orbem,
Hodie lætus meruit secreta
Scandere cœli.

¶ Materia huius hymni est, q̃ totis viribus Deum super oĩa laudare debemus. Intẽdit etiã author in hoc hymno tractare de ascensione illius confessoris, in cuius memoria præsens hymnus totis laudibus celebratur. Iste confessor Domini sacratus) à Domino (lætus) .i. exultãs (meruit hodie) .i. in hac die (scandere) .i. ascendere (secreta cœli) .i. ad cœlos (festa cuius) .s. sancti (plebs) deuota .s. celebrat per totum orbem. ANTO. Hoc die lætus legit, pro quo legebatur, hodie lætus: vt sit trochæus in primo loco, & non pyrrhichius si hodie legatur. Legit etiã sacrata & non secreta.

Qui pius, prudens, humilis, pudicus,
Sobrius, castus fuit & quietus:
Vita dum præsens vegetauit eius
Corporis artus.

¶ Qui) .s. cõfessor (fuit pius) .i. sanctus & misericors: imò erga Deũ religiosus, & præceptorum suorũ obseruantissimus (prudẽs) .i. p̃uidẽs & sapiens circa diaboli, mũdi, atq; carnis irritamẽta (humilis) .i. non superbus, cui animæ facilitas erat omnis expers iracundiæ (pudicus) .s. in verbis (sobrius) in cibis (castus) .s. in corpore & in anima (& quietus) .i. trãquillus (dum) .i. donec (vegetauit) .i. nutriuit (artus) .i. membra corporis eius (præsens vita) id est quando erat in hoc sæculo.

Ad sacrum cuius tumulum frequenter
Membra languentum, modò sanitati
(Quolibet morbo fuerint grauata)
Restituuntur.

¶ Ad sacrũ tumulũ cuius) .s. confessoris (membra languentum) .i. ęgrotãtium (restituuntur modo) .i. in præsenti (sanitati) .i. saluti (freq̃uẽter) id est cum freq̃uẽtatione (quolibet morbo) id est à quacunq; infirmitate illa membra fuerint grauata.

Vnde nunc noster chorus in honore
Ipsius hymnum canit hunc libenter:
Vt piis eius meritis iuuemur
Omne per æuum.

¶ Vnde nunc noster chorus) .i. nostrorũ fratrũ (canit hunc hymnum in honore ipsius) .s. confessoris (libenter) .i. voluntariè: & ad quid canimus? (vt iuuemur piis meritis) .i. patrociniis & orationibus eius (per omne æuum) id est per cuncta sæcula.

Sit laus illi, decus, atq; virtus,
Qui supra cœli residens cacumen,
Totius mundi machinam gubernat
Trinus & vnus. Amen.

¶ Sit laus) id est gloria (decus) .i. honor (atq; virtus) scilicet semper erit illi Deo (qui residens supra cacumen) id est supra altitudinem cœli (trinus) in personis (& vnus) in essentia (gubernat machinam) id est fabricam totius mundi.

¶ Carmen est quale illud, Primo dierum. Canitur in festo virginum: in quarum laude versatur.

IEsu corona virginum,
Quem mater illa concepit,
Quæ sola virgo parturit,
Hæc vota clemens accipe.

¶ In hoc hymno laudat autor deū in cōmemorōe sctārū virginū: q̄ domādo fragilem sexū meruerūt scandere secreta cœli. Rogat itaq; deum, vt nesciamus vulnera corruptiōis. O Iesu corona virginū, quē) .s. mater illa mirabilis (concepit) .s. sctā Maria (quæ sola) .s. mater inter alias virgo parturit: tu clemens (accipe) .i. suscipe (hæc vota nr̄a) .i. has preces. ANTO. Quem mater illa concipit, sic legendū precipit, non cōcepit: & est pręsens pro præterito, ex ratione carminis: quod non recipit spondęum vel trochæum in quarto loco.

Qui pascis inter lilia,
Septus choreis virginum,
Sponsus decorans gloria,
Sponsisq; reddens præmia.

Quocunq; pergis, virgines
Sequuntur, atq; laudibus
Post te canentes cursitant,
Hymnosq; dulces psonant.

Te deprecamur, largiùs
Nostris adauge sensibus,
Nescire prorsus omnia
Corruptionis vulnera.

¶ Tu qui pascis) .i. lætaris (inter lilia) .i. bona opera (septus) id est circundatus (choreis) id est ordinibus virginum: & es (decorans) id est coronans (sponsus gloria, & reddens sponsis præmia.

¶ Quocunque (id est ad quemcunque locum) pergis: illæ virgines sequūtur te: atque canentes cursitant) id est currunt (post te laudibus: que) pro & (personāt) id est valde sonant illæ virgines (dulces hymnos) .i. laudes.

¶ Et quia virgines personant tibi laudes (deprecamur te adauge largiùs) id est augmēta ampliùs nostris sensibus: & (da prorsus) id est omnino nobis omnibus nescire vulnera corruptionis.

¶ Carmen est, quale illud, Nocte surgentes. Canitur sicut superius in festis sanctarum virginum.

VIrginis proles, opifexq; matris,
Virgo quē gessit, pepitq; virgo,
Virginis festū canim' trophæū:
Accipe votum.

¶ Materia huius hymni est canere deo laudes: & sequi vestigia eius. Commemoratio sctārum virginū agitur in isto hymno (O proles) .i. ô fili Mariæ virginis, & ô (opifex) .i. creator matris, quem .s. te (virgo) .s. Maria (gessit) .i. portauit (v̄go) .s. Maria (pepit) .i. parturiit (nos canim' festū virginis, trophæū) .i. victoriā, & ideo (accipe) .i. suscipe (votū) .i. preces nostras.

Hæc tua virgo duplici beata
Sorte, dum gestit fragilē domare
Corporis sexū, domuit cruentū
Corpore sæclum.

¶ Hæc tua virgo est beata duplici sorte) .s. castitate, virginitate, & martyrio (dum gestit) .i. desiderauit (domare) .i. macerare (fragilem sexum) .i. fœmineum: quia sexus fragilis est, & illa (domuit) .i. deuicit (cruētum) .i. sanguinolentū vel crudelem (sæculum) .i. diabolum (corpore.

¶ Vnde quia domuit fragilem sexũ .s.corpus suũ (nec) p & non fuit (pauescens).i.timens mortem (nec sęua gña pœnarũ: nec fuit amica mortis) .i.diaboli vel peccati, & ideo (sanguine fuso).i.consummato martyrio: ipsa virgo (meruit scandere).i.ascendere (secreta cæli).i.ad cælos. ANTO. Secreta scandere cœli, castiga tu sacrata, vt stet versus. Secreta enim primã producit: essetque spõdæus in quarta sede: cùm debeat esse in quarto loco trochæus.

Vnde nec mortẽ, nec amica mortis,
Sęua pœnarũ genera pauescẽs,
Sanguine fuso meruit secreta
Scandere cœli.

¶ Et quia meruit scandere cælum, ô alme deus (parce iam culpis).i.peccatis (obtentu).i.prece vel oratione hui⁹ virginis vitia remittẽs (quò) pro vt (nos puri).i.casti (resonemus almũ hymnũ).i.canticũ.i.cãtemus sanctam laudem (tibi).i.ad honorem tuum: Gloria tibi domine qui natus.

Huius obtentu deus alme nostris
Parce iam culpis vitia remittẽs:
Quò tibi puri resonemus almũ
Pectoris hymnum.

¶ Carmen est cacometrum, quale illud, Lustra sex. Canitur in dedicatione ecclesiæ.

¶ In hac cõmemoratiõe cœlestis Hierl'm autor laudat deũ, q hoc sacro tẽplo infundit iugiter suam benedictionẽ: quapropter rogare deũ debemus vt in hoc templo sancto suo omnes promereamur acquirere æterna bona, & adepta cum suis sanctis perẽnitur possidere.

VRbs beata hierusalẽ, dicta pacis visio:
Quę cõstruitˀ ĩ cœlis viuis ex lapidib⁹,
Et angelicis coornata, vt spõsata comite.

¶ Hierusalem beata vrbs).i.ciuitas cœlestis cõstituta vel constructa de aĩabus sctõrum: qui sunt viui lapides (est dicta).i.interp̃tata (visio pacis: quæ) hierl'm (cõstruitur in cœlis ex viuis lapidibus).i.sanctis animabus: illa dico vrbs beata hierusalẽ (coornata).s.angelis (vt sponsata).i.sponsa (comite).i.sponso: id est sicut mulier ornata est viro .i. sponso: ita ecclesia Christo.

¶ Ista noua sponsa).i.sctã eccl'ia (veniens è cælo).i. xp̃o: ista dico (pręparata nuptiali) i.v̾ginali (thalamo) .i. lecto vel lauacro baptismatis (vt) pro sicut (sponsata copuletur).i.coniungatur (Dño: plateæ).i.vię.s. perfecti ambulantes in viis Dñi (& muri).i.prędicatores illius sponsæ sunt (ex auro purissimo).i.ex splẽdore sctõrũ, q splẽdidi efficiunť vt aurũ purissimum.

Noua veniens è cœlo, nuptiali thalamo
Præparata, vt sponsata copuletur dño:
Plateæ, & muri eius ex auro purissimo.

¶ Lapides.i.sancti martyres (expoliti).i.aptati ad ædificandũ (tunsionibus).i.pcussionib⁹: & afflicti (pressuris) .i.tribulationibus. Sicut lapides in muro sunt ædificati: ità animę sanctorũ sunt ordinatę in paradiso (q;) pro & (aptanť).i.ordinanť: vel disponunť suis locis (per manus artificis).i.p manus filij Dei: lapides dico (permãsuri sacris ædificiis).i.cœlestibus ædificiis.

Tunsionibus, pressuris expoliti lapides,
Suisq; aptanť locis p manus artificis:
Disponũtur permãsuri sacris ædificijs.

Portę nitēt margaritis adytis patētibus,
Et virtute meritorū illuc introducit
Oīs, q ꝓ Chrī noīe in hoc mūdo p̄mit.

¶Portæ .s.illi⁹ tēpli (nitēt).i.splēdēt (margaritis).i.virtutibus (adytis).i.liminib⁹ vel introitu (patētib⁹).i.aptis (oīs) .s.Chrianus (q Chrī nomine p̄mit).i.cruciat (in hoc mūdo).i.in hoc sæculo (introducit illuc).i.ī cœlestē hierl'm (virtute meritorū).i.bonorū operū suorum.

Angularis fundamētū lapis Chrs missus est,
Qui compage parietis in vtroq; nectitur:
Quē sctā Siō suscepit: in q̄ credēs p̄manet.

¶Chrs dr lapis āgularis, qa à Iudæis fuit reprobatus. Vnde Dauid, Lapidē quē reprobauerūt ædificātes &c. Tū duos ppl'os in vnū cōiūxit. s.Iudaicū & gentilē (qui).s.Chrs filius perduxit nos ad æternā btitudinē (sūmi regis).i.Dei pris: Chrs fundamētū totl⁹ eccl'ię (missus ē) à p̄re: vel fact⁹ ē lapis āgl'aris (q lapis nectit).i.cōiūgit (cōpage) .i.cōiūctiōe parietis (ī vtroq;).i.ī duob⁹ ppl'is.s.ī Iudaico & gētili (quē).s.Chrm (Sion suscepit) Sctā Sion interp̄tat eccl'a vel speculatio (in quo) .s.Christo. vel eccl'ia (credēs).i.Christian⁹, q credit (p̄manet) firmiter stat. s.in fide sctē eccl'ię.

Omnis illa Deo sacra & dilecta ciuitas,
Plena modulis ī laude, canore iubilo,
Trinū Deū vnū q; cū fauore p̄dicat.

¶Oīs illa ciuitas).i.eccl'ia militās (Deo).i.ad honorē Dei (ē sacra) .i.sacrata (& dilecta).i.amata à Deo (& plena modulis).i.cātilenis angelorū in laudē Dei (& canore).i.cātu, vel (canore iubilo) .i.duplici exultatiōe. Iubil⁹ est gaudiū illd' qd' est interi⁹ in hoīe, qd' oīnò nō pōt referri, nec oīnò tacet præ animi exultatione: & sctā eccl'ia (p̄dicat trinū Deū) .s.in personis (quoq;) pro &, vnū in substātia vel essentia (cū fauore).i.cū prece.

Hoc ī tēplo sūme Deus exorat⁹ adueni,
Et clemēti bonitate precū vota suscipe,
Largā bn̄dictionē hic infunde iugiter.

¶O summe Deus exoratus) .s. à nobis. i. tu deprecatus: (adueni) per gratiam (in hoc templo).i.in ista ecclesia (& suscipe vota).i.preces vel orationes deuotas (precū).i.rogantiū te (clemēti bonitate).i.tua mīa vel pietate (infunde).i.immitte (hic iugiter).i.perēniter vel assiduè largam benedictioné.

Hic ꝓmereantur oēs petita acquirere:
Et adepta possidere cū sctīs penniter:
Paradisum introire trāslati in requiē.

¶Hic).s. in sacra ecclesia: vel (hic) .i. in isto loco, congregatio oīm fideliū vel oēs fideles (ꝓmereant).i.mereant (acquirere).i.adipisci & (obtinere petita) .i.iustas & sctās suas petitiones (& mereantur possidere).i.retinere (perenniter).i.perpetuò (adepta).i.precibus suis acquisita: & mereant (introire).i.ingredi (paradisum) .i.cœlum (cū sanctis).i.iustis: fideles dico (translati in requiem).i.in gaudium sempiternū. Amen.

¶Carmen est dimetrum iambicum cacometrū. Canit in festo beatę Marię Magdalenę ad vespertinas horas. Memorat quē admodū pœnitētia ducta, ante Christi pedes delictorū suorū veniā cōsecuta est: adeò vt ipsum resurgentē à mortuis prima videre mereretur. Eamq; exorat, vt pro nobis stet aduocata.

¶ Materia præsentis hymni est laudare Deum in conuersione Mariæ Magdalenę: cuius habitũ & cõsuetudinẽ pręteritã tangit, gloriosam conuersionẽ eius celebrãdo: narrat enim author quemadmodũ prius peccatrix, & ferè iam ab ipsa fauce tartari detenta, redit ad vitæ ianuã per lamenta pœnitentiæ & lachrymarũ affluentiã: cuius conuersionẽ imitantes pctõres, ad eius beatitudinẽ peruenire merebũtur. (O mater ecclesia).i. ô fidelis cõgregatio Christianorũ (lauda).i. verbis extolle, (clementiã).i. misericordiã Christi (qui purgat).i. emũdat & extirpat ex Maria Magdalena (septẽ vitia).i. septẽ pctã mortalia: & hoc (per septiformẽ gratiã).i. per septẽ dona Spũsctĩ, quę sunt sapiẽtia, intellectus, consiliũ, fortitudo, sciẽtia, pietas & amor: vel dic ꝑ septiformẽ grãm.i. ꝑ septẽ virtutes q̃ opponunt̃ pctĩs, vt humilitas superbiæ, & castitas luxuriæ, & diligentia acediæ, & sic de singulis.

Lauda mater ecclesia,
Lauda Christi clementiã:
Qui septem purgat vitia
Per septiformem gratiam.

¶ Declarat qualis fuerit ante conuersionẽ, & qualis effecta sit post, dicẽs (Maria).s. Magdalena, à Magdalo castro cognominata: & dicta est Maria.q. amarũ mare: & Magdalena.q. manẽs rea, hoc aperiet Catalogus sctõrum (soror Lazari q̃ cõmisit tot crimina).i. tãta & tã inhonesta genera pctõrum quod, amisso nomine, peccatrix dicebat̃ & sic cognoscebatur (redit ad præmia) id est ad dona, vel limina (vitæ).s. æternæ: & hoc (ab ipsa fauce tartari.

Maria soror Lazari,
Quæ tot commisit crimina,
Ab ipsa fauce tartari
Redit ad vitæ præmia.

¶ Fit).s. Maria Magdalena (phiala).i. vas aureũ pretiosũ: quo vt habet̃ Exo. xxv. offerebant̃ odoramẽta in tẽplo (ex lebete).i. ex vase illo, ꝑ qd' ei⁹ pctã designant̃: qa lebes olla ęnea ẽ, seu vas coquẽdi aliqd sup ignẽ: & hoc (post scãdala).i. post peccata scandalosa (carnis fluxæ).i. fragilis & spurcissimæ (translata in vas gloriæ) id est in habitaculũ Dei (de vase cõtumeliæ).i. malitiæ & lutulentissimi peccati.

Post fluxæ carnis scandala
Fit ex lebete phiala:
In vas translata gloriæ
De vase contumeliæ.

¶ Aegra).s. Maria Magdalena.i. infirma põdere pctõrũ (currit ad medicũ).s. Chrm: qa vitę pristinę non sustinuit detrimentũ: sed afflata sctõ Spũ iuit ad domũ Simonis Leprosi (ferẽs vas aromaticũ).i. plenũ vnguẽti nardi pistici pretiosi. aromaticus.a.um. ab aroma, tis, Græcè descẽdit, qd' Latinæ sonat odoramentũ ex speciebus odoriferis confectũ (& curat̃).i. sanatur (à multiplici morbo).i. ab immundissima peccatorũ lepra: & hoc (voce).i. per vocem (medici) quia dixit Iẽsus, Remittũtur ei peccata multa: quia dilexit multũ.

Aegra currit ad medicum
Vas ferens aromaticum:
Et è morbo multiplici
Voce curatur medici.

¶ Vnctio contriti cordis).s. ipsius Magdalenæ perungentis dñm (cum fluuio) id est abundãtia lachrymarũ (& actio pietatis) id est actus vel demonstratio pietatis siue exercitium: quia deuotis lachrymis cœpit rigare pedes Domini & capillis ter-

Contriti cordis vnctio
Cum lachrymarum fluuio,
Et pietatis actio,
Ream soluit à vitio.

Surgentem

gere (soluit) zeugma est ab inferiori, nam hoc verbum respondet supradictis nominatiuis: soluit dico .i. absoluit (ream) .i. Magdalenā peccatricem (à vitio) id est à peccato.

Surgentem cum victoria
Iesum vidit ab inferis:
Prima meretur gaudia,
Quæ plus ardebat cæteris.

¶ Diximus quòd per affluentiā lachrymarum & magnam contritionem curata fuit à medico, declarat autem quantum valuëre lachrymæ illæ .s. quòd prima vidit Iesum .s. post Mariam matrem (resurgentem ab inferis cum victoria) .s. propter spolium animarum sanctarum expectantium eius aduentum: & quia (ardebat plus cæteris) .s. discipulis domini Iesu (meretur prima gaudia) .s. resurrectionis dominicæ, & poterit esse prima tam nominatiuus quàm accusatiuus.

Vni Deo sit gloria
Pro multiformi gratia:
Qui culpas & supplicia
Remittit, & dat præmia.

¶ Et quia Christus remisit tot tantaq́ue peccata Mariȩ Magdalenæ, vt daret fiduciam peccatoribus sperandæ pietatis (gloria sit vni deo pro sua gratia multiformi) .i. infinita (qui remittit culpas & etiam supplicia) .i. tormenta, siue pœnas debitas pro peccatis (& dat præmia) .i. rectè conuersis peccatoribus concedit gloriam æternam, hoc est seipsum, cuius fruitio est gloria æterna.

¶ Carmen est dimetrū iambicum cacometrum. Canitur ad horas vespertinas in festo beatæ Annæ matris Mariæ genitricis dei. Narrat quemadmodùm diuino nutu cōcepit, & peperit gloriosissimā virginē Mariam.

CLara diei gaudia
Decantet nunc ecclesia,
In Anna dei famula
Pangens cæli miracula.

¶ Totus hic hymnus tractat de laudibus beatæ Annæ præcelsæ genitricis dei Mariæ matris: cuius genealogiam à regibus & sacerdotibus tangit, eiusq́ue vitæ statū demonstrat, dicens quòd matrimonio fœlici nupta fuit nobili viro Ioachim primùm, ex quo progenuit Mariam matrem redemptoris: & post eius obitum, annuente domino, habuit alterum, cuius nomē Cleophas, ex quo habuit alteram Mariam matrem Iacobi minoris & Simonis & Iudæ: deinde habuit tertium virū, qui fuit Zebedȩus: ex quo habuit Mariā matrē Ioānis euangelistæ, & Iacobi minoris. Itaq́ue per eius intercessionem petit nobis autorem omnium reddi propitium, dicens (ecclesia decantet nunc gaudia clara diei) .s. huius præsentis festiuitatis anniuersariæ diuæ Annæ (pangens) .i. decantans (miracula cœli) .s. esse completa (in Anna famula) .i. serua Dei.

¶ Laudat

Anna regum progenies,
Et sacerdotum series,
Stirpem illustrem patribus
Suis donauit actibus.

¶ Laudat eam à genere & ab operib⁹, quibus genealogiam suam decorauit (Anna) appositiuè (progenies regũ) .i. descẽdens à genere regũ: & existẽs caput generationis regis regũ (& series) .i. ordo & discursus sacerdotũ & patriarcharũ (donauit suis actibus) .i. suis operibus & meritis sanctis dedit, vt decebat, semper orationibus & ieiunijs insistendo (patribus) .i. suis antecessoribus (stirpem) .i. filiam Mariam (illustrem) .i. nobilem: non enim prima visa est, nec habere secundam.

Nupta Dei iudicio
Fideli matrimonio,
Iuxta verbum angelicum
Fructum concepit cœlicum.

¶ Nupta) .i. coniugata fuit Anna (iudicio Dei) .i. diuina voluntate (matrimõio fideli) .i. debita castitate celebrato; cui peccatũ deest, vt ait Beda (cõcepit fructum cœlicum) .i. Mariam reginam cœlorũ (iuxta verbũ angelicum) dixit enim angel⁹, Anna, ecce Ioachim vir tuus, ex quo concipies: vestras enim preces Deus exaudiuit.

Infœcunda pro tempore,
Prole marcescens corpore,
Sed iam per patrẽ luminum
Parit reginam virginum.

¶ Infœcunda) .s. fuit beata Anna .i. sterilis (pro tempore) .s. aliquo & multo suæ ætatis, vel gratia temporis .i. senectutis suæ (marcescens) .i. marcida vel exiccata (prole) .i. quoad prolem (corpore) .s. exiccato: cuius causa põtifex despexit Ioachim: quia non reliquerat prolem in Israel iam senex (sed per patrem luminum) .i. gratia patris luminum, hoc est Dei omnipotentis (parit iam reginam virginum) id est virginem Mariam, virginum decus egregium.

Obtentu Annæ filia
Maria plena gratia,
Nobis autorem omnium
Reddat semper propitium.

¶ Petit beatæ Annæ intercessionem apud Deum dicens (Maria filia plena gratia reddat) .i. efficiat nobis (autorem omnium) .i. Deũ omnipotentem (propitium) .i. mitem & misericordẽ: & hoc (obtentu) .i. interuentione Annæ .s. matris suæ.

Sit laus paterno lumini,
Sit filio, vel flamini:
Qui nos per Annæ meritum,
Cœli transducat aditum.

¶ Laus sit paterno lumini) .i. Deo patri & (filio: vel) id est etiam (flamini) id est spiritui sancto (qui) .s. Deus trinus & vnus (transducat) accipe simplex verbum solum & dic, (ducat nos trans aditum cœli) id est intra ipsum cœlum (per meritum Annæ) .s. matris Mariæ genitricis Dei. Amen.

HYMNORVM LIBELLVS
Fœliciter finitur.

T A B V L A.

HYMNORVM TABVLA.

AD PROMPTIVS INVENIendum hymnos per ordinem Alphabeti & foliorum numeros.

¶ De incipientibus ab.A.

AD cœnam agni prouidi, & ſtolis. fol.xxxiiij.
Aeterne rerum conditor. fol.v.
Aeterna cæli gloria. fol.xvij.
Aeterne Rex altiſſime. fo.xxxv.
Aeterna Chriſti munera, Apoſtolorum.&c. fol.xlviij.
Ales diei nuntius. fol.xiij.
A ſolis ortus cardine ad vſque terræ limitem.fol. xxij.
Audi benigne conditor. fol.xxviij.
Aue maris ſtella. fol.xxiij.
Aurea luce & decore. fo.xliiij.
Aurora iam ſpargit. fo.xviij.
Aurora lucis rutilat. fol.xxxiiij.

¶ De incipientibus à. B.

Beata nobis gaudia. fol.xxxvij.

¶ De incipientibus à.C.

Cœli deus ſanctiſſime. fo.xv.
Chorus nouæ Hierl'm. fol.xxxij.
Chriſte ſctõrũ decus atque. fo.xxvij.
Chriſte qui lux es & dies. fol.x.
Chriſte redemptor gentium. fo.xxj.
Chriſte redemptor omnium. fo.xlvj.
Chriſte ſctõrum decus angelorum.ibi.
Clarum decus ieiunij. fol.xxix.
Conditor alme ſyderum. fo.xix.
Conſors paterni luminis. fo.xiij.

¶ De incipientibus à.D.

Dicamus omnes cernui. fol.xxix.
Doctor egregie Paule. fo.xlv.
Deus tuorum militum. fo.xlix.

¶ De incipientibus ab.E.

Ecce iam noctis. fol.vij.
Ecce tempus idoneum. fo.xxviij.
Ex more docti myſtico. fol.xxix.
Exultet cœlum laudibus. fo.xlviij.

¶ De incipientibus ab. F.

Fœlix per omnes feſtum mundi cardines. fol.xliij.

¶ De incipientibus ab.H.

Hoſtis Herodes impie. fol.xxiij.

¶ De incipientibus ab.I.

Iam lucis orto ſydere. fo. vij.
Iam Chriſte ſol iuſtitiæ. fol.xxvij.
Iam xp̃s aſtra aſcenderat. fol.xxxvij.
Ieſu noſtra redemptio. fo.xxxvj.
Ieſu ſaluator ſæculi. fol.xlvij.
Ieſu corona virginum. fo.lj.
Immenſe cœli conditor. fo.xj.
Iſte confeſſor domini ſacratus. fol.l.

¶ De incipientibus ab.L.

Lauda mater eccleſia. fo.lij.
Lucis creator optime. fol. ix.
Luſtra ſex qui iam peracta. fo.xxxij.
Lux ecce ſurgit aurea. fol.xv.

¶ De incipientibus ab.M.

Martine par Apoſtolis. fol.xlvij.
Magne Deus potentiæ. fo.xvj.
Martyris ecce dies Agathæ. fo.xxvj.
Martyr Dei, qui vnicum. fol.l.

¶ De incipientibus ab. N.
Nocte surgentes. fo.vj.
Nox atra rerum contegit. fo.xv
Nox, tenebræ, & nubila. fo.xiiij.
Nunc sancte nobis. fo.viij.
Nuntium vobis fero de supernis: natus est. fo.xxij.

¶ De incipientibus ab. O.

O gloriosa domina. fo.xxv.
O lux beata trinitas. fo.xix.
O nimis fœlix meritique. fo.xlij.
O quàm glorifica luce. fo.xxv.

¶ De incipientibus à. P.
Pange lingua gloriosi prælium certaminis. fo.xxxj.
Pange lingua gloriosi corporis mysterium. fo. xxxviij.
Plasmator hominis Deus. fo. xvij.
Primo dierum omnium. fo.iiij.

¶ De incipientibus à. Q.

Quem terra, pontus. fo.xxiiij.
Quod chorus vatum. fo.xxv.

¶ De incipientibus ab. R.

Rector potens verax. fo.ix.
Rerum Deus tenax vigor: immotus, &ce. ibidem.
Rerum creator optime: rectorque noster. fo.xiiij.
Rex æterne Domine, rerum creator omnium. fo.xxxiij.
Rex Christe Martini decus, hic laus tua, &c. fo.xlvij.
Rex gloriose martyrum, corona confitentium. fo.xlix.

¶ De incipientibus ab. S.

Sacris solénijs iūcta sint gaudia. fo. xl.
Sanctorum meritis inclyta gaudia (fol. xlviij.
Somno refectis artubus, spreto cubili, &ce. fol.xj.
Splendor paternæ gloriæ, de luce lucem proferens. fo.xij.
Summæ Deus clementiæ, mundique factor, &c. fol.xviij

¶ De incipientibus à. T.

Te lucis ante terminum rerum creator. fol.x.
Telluris ingens conditor, mundi solum. fol.xiij.
Tibi Christe splendor patris, vita, virtus. fol.xlv.
Tu trinitatis vnitas, orbem potenter, &ce. fol.xvj.

¶ De incipientibus ab. V.

Veni redemptor gentium, ostende partum. fo.xx.
Veni creator spiritus. fol.xxxvj.
Verbum supernum prodiens, à patre olim. fol.xix.
Vexilla regis prodeunt, fulget crucis myste. fol.xxx.
Virginis proles. fo.lj.
Vox ecce clara intonat: obscura quæque. fol.xx.
Vrbs beata Hierusalem. fo.lj.
Vt queant laxis. fol.xlj.

DEO GRATIAS.